FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

**Paulus <Castrensis>**

**Lugduni, 1553**

De rei uendicatione. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729**

Visual Library

litigantibus ſuper hæreditate. quid ſi moueretur ab altero ipſo-
rum,contra alterum? dic quod olim debebat ſuperſederi. vt l.nō
diſtinguemus.§. ſi is.ff.de arbitris. nec per iſtam legē corrigitur
6 iſta lex:quia non loquitur dicto caſu.† Quartò quærit.quid ecō
uerſo ſi alter ex litigantibus ſuper hæreditate vult mouere litem
contra tertium tanquam hæres.puta contra debitorem hęredita
rium debitor opponit:ego neſcio an ſis hæres vel non:quia mo-
uetur tibi quæſtio ſuper hæreditate, expectemus euentum li.qa
poſſet fieri ſententia cōtra te.& nō haberent neceſſe ſoluere, qd
iuris? videtur quod bene dicat per l.ſi debitor.ff.eo. & per l.ſi qs
inficiatus.ff.depoſiti.& per l.quandiu.de bo.lib. & de carb. edi.
l.ij.§.miſſum.In contrariū ſi vult cauere de defendendo ipſum.
& de reſtituendo ſi ſuccumbat,quod teneatur ſibi ſoluere.ff.de-
poſi.l.j.§.apud Iulia. Breuiter dic quod ſi periculum erat in mo
ra,auditur primo loco bonæfidei poſſeſſor, & eo negligente au-
ditur petitor.ff.eo.l.ſi bonæfidei.ſed ſi non eſt periculum in mo
ra,tunc poteſt ſoluere ſi vult recepta cautione.ſi nō vult, poteſt
expectare finem li.ita debet intelligi ille.§.apud Iuli.ſolūtis alijs.
ll.in contrarium allegatis.& illa iura non ſunt correcta per hanc
l.quæ non loquitur dicto caſu:ſed econuerſo:quando alter ipſo-
rū à tertio cōueniebatur.& hoc vult glo.hic.quæ incipit. [aliud
eſt.] Et eodem modo ſi erat periculum in mora,etiam iure vete-
ri poterat tertius creditor mouere litem cōtra alterum ipſorum.
& ita intelligitur tex.in l.cum hæreditas ex trebel.in ſi.ff.ad Tre.
Quintò quæritur.quid ſi lis erat finita? Reſpondeo tunc nō ob.
exce.volenti mouere iudicium particulare, etiam iure veteri.&
iſte eſt caſus in l.ſi poſt litem.ff.de exce.ſecundū vnam lec.& ibi
tangitur per Bar.de iſta materia.& ſi erat finita per trāſactionē,
contra quem ipſorum debebat agi,& debebat hodie. dic vt in l.
ſingulari.ff.de tranſ.l.controuerſia. Vltimò quæritur.quid ſi lite
pendente mouetur rei vendi.contra alterum ipſorum. Reſpon-
deo etiā iure veteri non ob.exce. Si mouebat ex alia cauſa quā
ex cā teſtamēti:quia non moueť tanquā cōtra hæredem:ſed tan
quam contra poſſeſſorem.vt l.ex eo.§ fi.ff.ad exhi.& de hoc eſt
glo.in d.l.ſi poſt litem. quæ intelligit ita ſecundū vnam lect. Or
ſufficiant iſta.& remanent expeditæ quaſi omnes gl. In glo.quę
incipit [aliud.] in fi. Tu ſolue melius aliud contrariū de l.ſi poſt.
quod ibi loquitur quando iudicium vniuerſale erat motū & ter
minatum pro eo quis volebat mouere particulare contra tertiū.
& ſic illi tertio nō competit exceptio.& hoc patet ex illo tex.dū
dicit futuri enim iudicij,non facti. nam tunc dicitur factum qñ
eſt terminatum.ſi autem non eſt terminatū, tunc ſiue non ſit in-
choatum,ſed ſperatur:ſiue ſit inchoatum, multòmagis non pōt
moueri per illum contra tertium niſi res ſit peritura, vel pericu-
lum ſit in mora.vt d.l.ſi bonæfidei.& illa eſt vera lectura illius l.
ſi poſt.quæ non corrigitur per iſtam.& eſt prima lectū.poſita.in
in gl.In gl.ſeq.in ver.[Item per hoc.] Iſta glo.quęrit quādo agit
legatarius.tex.dicit quod debet agere cōtra hæredem ſcriptum.
quid ſi res legata non poſſidebatur per eum:ſed per legitimum?
glo.tenet quod tunc etiam debeat agi contra ſcriptum:ſiue aga-
tur actione ex teſtamento,ſiue rei ven.ex cauſa legati. nam ſi te
ſtamentum non valeret,neutrum iſtarum haberet contra poſſeſ
ſorem qui eſſet hæres ab inteſta.quando autem nō agitur per le
gatarium:ſed per creditorem,puta per deponētem,vel commo-
dantem.quidam dicunt quod debet agere contra poſſeſſorē. gl.
tenet quod poteſt agere contra quencunq; vult.vt in ver. [ſi au
tē ex contractib' us.] & iſta eſt verior.non ergo habet neceſſe ſeq
poſſeſſorem ſi agat actio.perſonali,quæ nō ſequitur fundum. vt
l.ſi fideicommiſſum.ff.de iudi.ſed ſi ageret rei ven.neceſſe habet
9 agere cōtra poſſeſſorē rei,nō tanquā cōtra hæredē.† In ver.[ſin-
autem ex contractibus.] circa fi.quæritur,ſi petitor qui nō poſſi
debat fuit cōuentus à creditoribus hæreditarijs. qa ſe hæredem
aſcribat,& eis ſoluit,& poſtea ſuccūbit:qa poſſeſſor abſoluitur.
qualiter ſibi ſuccurritur in recuperādo quod ſoluit ab illa poſſeſ
ſore & victore:nā per viā retētionis non pōt ſibi ſubueniri. quia
nō habet quē cōueniat.tex.dicit quod ſubueniť officio iudi.mer
cenario,vel nego.geſt.actione,vel condi.ex illa l.primū dictū in
tellige hoc modo.quia iudex non abſoluet reum & poſſeſſorem
ſimpliciter:ſed cū illa adiectione q; debeat refundere petitori id
quod ſoluit.ex illa reſeruatione habebit ille actio.ex illa ſenten-
tia.facit quod no.Bar.in fin.ante.ff. de eo quod certo loco.ſi hic
non fecit,ſed ſimpliciter abſoluit.tunc ſi ille ſoluit nomine hęre-
ditario.ſ.lite pendēte:quo caſu videť ſoluiſſe p ſe.ſi cōtingat eū
eum vincere:vel pro reo ſi cōtingat q; ille vincat.& ſic aio geſt
di negotiū eius.vt dixi §.eo.l.de hæreditate.tūc habebit neg.geſt.
act.p l.ſoluēdo.ff.de neg.geſ.Si verò noīe ſuo ſoluit,qa firmiter
credebat ſe hęredē,nec erat fortè adhuc mota quęſtio:tūc qa nō
habuit animū obligādi aliū.ſed liberādi ſe:ceſſat actio neg.geſt.
& dabiť ſibi cōdictio ex iſta.l. Idē ſi erat mota lis:& ipſe erat ma
lęfidei:qa ſciebat ad ſe nō pertinere.nā adhuc ſubeſt ęquitas vt
recuperet quod ſoluit,poſtquam ſolutio profuit vero hæredi.
& tūc dať adhuc cōdi.ex illa l.nō actio neg.ge.ppter malā fidē.
& ita declara gl.hic poſitas.In ver.[ſi aūt libertates.] quęrit gl.q
incipit [ſi pnūtieť.] eo caſu quo.j.annū termineť qō hęreditatis
& pronuntieť cōtra teſtamentū:an illa ſnia lata cōtra hæredē ſcri
ptum faciat præiudicium illis quibus eſt relicta libertas.& gl.te
net q; non:ſed quod requiratur alia ſententia.& hoc qñ ſnia fuit
declaratoria.puta q; teſtamentum erat nullum:ſecus ſi reſciſſo
ria.puta q; erat inofficioſum:qa tūc facit ius inter oēs. Tu dic ſe
cundū doc.q; etiam qñ eſt declaratoria,poſtq; eſt lata cōtra hę
redē,ad quē principaliter ptinet defenſio teſtamēti,pīudicat le
gatarijs etiā nō citatis:licet talis ſnia nō faciat ius:qa nō facit de
aliquo nullū,ſed declarat.& ita no.in l.ij.ff.de exce.rei iud.ſecus
8 ſi eſſet cōtra † vnū ex legatarijs:qa alijs nō pręiudicaret.In gl.q
incipit.[qa tūc nō fiunt liberi.] quæro primo quæ ſit rō q; qñ te
ſtm̄ eſt nullū,nō tñ falſum.ſi quæſtio de hæreditate nō eſt fini
ta infra annū,libertates cōpetūt tā directę quā fideicōmiſſariæ,
nec retractantur.licet poſtea pronuntietur nullū.ſecus ſi pronū
tietur falſum.quia tunc nō dico quod retracteť.ſed apparebit
eas nunquam cōpetijſſe:Reſpondeo quia primo caſu libertates
hñt voluntatem defuncti,licet illa voluntas fuerit nulla.ſed lex
de hoc non curat fauore libertatis & voluntatis defuncti con
ſeruandæ.in ſecūdo caſu nunq; habuerūt volūtatē defuncti.
lex ppter ſolū fauorem libertatis non aſſiſtit libertati , nec facit
eas competere.dicit tamen glo.q; ſentia lata contra hęredem ſu
per falſitate non faciat præiudicium legatis libertatum.intellige
ge ſi illi non fuerunt reuocati.tu dic contra.vt dixi in præcedēti
gl. Item opp.q; ex falſa ſcriptura debeantur libertates.vt l.quo
uis.de fideicō.li.& de l.cum ex falſis.de manu. teſt.tene ſeriū
ſol.declarando eā hoc modo.quod ibi fuit relicta libertas per fi
deicōmiſſum in codicilis falſis.teſtamētū aūt nō erat falſum.&
hæres ſcriptus manumiſit ſeruum:ex falſa tamen cauſa,quia cre
debat codicilos veros,valet manumiſſio:quia erat dominus ſer
ui:ſed ſi fuiſſet relicta libertas directò.& ſi nō interueniſſet ma
numiſſio,non cōpeteret dicta libertas ex dictis codicillis.& ſi
militer ſi teſtamentū foret falſum,& ſic hæres in eo deſcriptus
non eſſet dominus,nō cōpeteret libertas etiā per fideicōmiſſum
relicta & etiam ſi interueniſſet manumiſſio.vt in hac l.

## *De rei uendicatione.* *Rubrica.*

De materia huius ti.vide plenè per Cy.ī l.j.ſ.de alie.iudi.mu.
& in l.j.ff.de acqui.rerum do.Item qualiter dicitur quis acqui
re dominium de iure ciuili.vide gl.de iure autem gentium qui
multis modis efficitur dominus. qui habentur per totum titu
lum illum.ei verò qui efficitur dominus de iure prætorio,vt eſt
ſuperficiarius:datur vtilis actio.& aliquādo dať vtilis illi qui eſt
dominus de iure ciuili,vel gentium.ſ.quādo vult agere contra il
lū qui nō poſſidet,ſed dolo deſijt poſſidere.vt in l.electio.§.fi.
ff.de noxalibus.quia deficit vnum extremum de duobus quæ
requiruntur vt detur directa ſcilicet poſſeſſio ex parte conuenti
v.d.l.vnica ſ.de aliena.iudicij. Item datur vtilis aliquando illi q
non eſt dominus directus,vel vtilis.vt eſt ceſſionarius cui ceſſa
eſt rei vendi.nam antequam adipiſcatur poſſeſſionem rei non
eſt dominus,& tamen habet vtilem rei ven.vt plenè notatur in
l.ſi culpa.ff.eod.

2 *Quod debeat quis operari ubi alimenta recipit.*
*Seruus bonæfide poſſeſſus quando acquirat uero domino: & non bonæfidei poſſeſſori.*
3 *Malafides ſuperueniens,an impediat acquiſitionem?*
4 *Liber homo non poteſt poſſideri.*

LEX. I.

1 ETiam.per alienum.† Quia ad hoc vt poſſit quis a-
gere rei ven.requiritur dominium ex parte eius.vt in
l.in rem.ff.eod.in iſta.l.cū ſequēti ponunť duo caſus
in quib

in quibus efficitur dñs alicuius rei de iure gentium & ſic perti‑
net ad titulum: licet non loquentur de rei ven.i.de actione. ſed
loquuntur de cauſa ex qua oritur: ſcilicet de dominio.& ſic to‑
tus titulus de acqui.re.do.pertinet ad materiam huius titu.ſcdm
Bal.h.d.ſta l.† Per ſeruum bonafide poſſeſſum acquiritur domi
2 nium ex duplici cauſa: licet poſſeſſor non ſit dominus: ſcilicet ex
re poſſeſſoris.& ex opera ipſius poſſeſ.ſed ſi eſt poſſeſſor malæfi
dei,etiam ex dictis cauſis non acquirit. ſed tenetur reſtituere ſer
uum vero domino cum omnibus acquiſitis per eũ. † In tex.ibi.
3 [per alienum ſeruum.] & etiam per liberum hominem bonafide
poſſeſſum.vt in l.liber homo.de acqui.re.do. In tex. ibi. [vel ex
operis.] hoc propter alimenta quæ poſ.ſibi miniſtrat.argu.ff. cõ
mo.l.in rebus.§.poſſunt.quia ibi debet quis operari vbi alimen‑
ta recipit.vt in l.ſicut.ff.de ope.lib.& de do. inter virum & vxo.
l.ſed ſi vir ex lana.ſecundũ Guli.extra iſtos duos caſus, puta ſi
inſtitueretur hæres à quodam tertio,vel ſi fieret ſibi legatum,ac
quireret vero domino: licet non poſsideat: niſi fuiſſet inſtitutus,
vel ſibi relictum factum contemplatione poſſeſſoris: quia tunc
videretur acquirere ex re poſ. vt in l.ſed ſi plures.§. in arrogato.
de vulga.& pup.& l.aditio.de acqui.hære.In tex.ibi.[vti defen‑
ſionibus tuis.] ſcilicet contra verum dominum ſerui.quem poſ‑
ſidet vendicantem ipſum ſeruum: & etiam mancipia perempta
per eum de tuis nummis.nam ſeruum illum bene poteſt vendi‑
4 care:ſed mancipia empta de pecunia tua non.† In glo.ij.opponi
a tur,qd' malæfidei poſſeſſor[a] acquirat ex iſtis duabus cauſis ſicut
bonæfidei: vt in l.qui ſcit.§.fi.ff.de vſu.dicit glo.quod iſta lex lo‑
quitur quãdo ſemper fuit malæfidei à prin.& ex poſtfacto.ſi au
tem à principio fuit bonæfidei.licet ex poſtfacto efficiatur malę
fidei,talis malafides ſuperueniens non impedit acquiri: vt in cõ
trario: ſicut nec interrumpit vſucapionem: vt j.de vſuc.transfer.
l.hoc tamen verum in ſeruo alieno bonafide poſſeſſo.quia ſup
ueniens malafides nõ facit quòminus adhuc poſsideat. ſed in li
bero homine bonafide poſſeſſo ſuperueniẽs malafides bene im‑
b pedit acquiſitionem. quia deſinit eſſe poſſeſſor. nã liber homo[b]
nõ poteſt poſsideri: quia deſinit eſſe poſſeſſor per ſcientẽ ipſum
eſſe liberum.ff.de acqui.re.do.l.qui bonafide.certè iſta lex ęqui
parat illos caſus duos. ideo gloſ. non videtur bene dicere, in‑
quantum vult quod ſeruus alienus poſtquã ſuperueniat malafi
des acquirit poſ.imò non acquirit: ſicut nec liber homo.dic ergo
ſi poſſeſſor nullum titu.habebat:& tunc ſuperueniens malafi‑
des facit vt nihil ſibi acquirat.vt in d.l.qui bonafide.ver.tandiu.
ſi habebat ti.& tunc propter ſuperueniẽtem malam fidem nõ
impedit acquiſitio ſibi fieri mero iure.vt in d.l.qui ſcit.§.fin.ſed
in effectu ſecus: quia tenetur reſtituere vero domino, qui poteſt
illud condicere: non vendicare.niſi ſit acquiſitum ex re po. vt in
l.præterea.ff.eo.de qua opponit gl.pe.quæ incipit.[imò videt.]
& illam differentiam inter habentem titu.& non habentem ſen‑
tit glo.no.in l.ſed & ſi lege.§.de eo.ff.de peti.hęre. & l.Item Me
la.§.ſi in eo.ff.ad l.Aquiliam.

*1 Ille eſt dominus partis ſuperioris ædificij qui eſt dominus partis inferioris: & an poſsideat ſicut poſſidet partem inferiorem?*
*2 Aedificium cedit ſolo?*
*Quid ſi ædificatur caſtrum in ſolo meo?*
*4 Quid ſi aliquis in ſolo meo ædificat ſine calce?*
*5 Quouſque durat ædificium quod feciſti ſuper meo, non potes materiam ex qua feciſti vendicare.*
*Quid ſi materia erat aliena?*
*6 Poſtquam ædificium eſt dirutum, ſi ædificaueris de tuo quando poſsis repetere?*

LEX II.

1 SI inferiorem. † Aedificiũ qd' quis facit ſuper
alieno efficit illius qui eſt dñs
eius ſup quo ædificat: ſed poſtquã diruitur dñium ma
teriæ redit ad ædificantẽ: niſi habuerit animũ donãdi.
2 h.d.† No.primò quod ille eſt dñs partis ſupioris. ædificij qui eſt
c dñs partis inferioris.Si ergo ędificas ſup muro meo,[c] efficit meũ
ſed an ego poſsideã ſicut poſsideo partẽ inferiorẽ.gl.hoc quęrit.
dic qd' ſi ad partẽ ſuperiorẽ nõ erat acceſſus niſi per inferiorem.
ego qui poſsideo inferiorẽ videor poſsidere etiã ſuperiorẽ: licet
tu qui ædificaſti me etiã patiẽte vtaris parte ſuperiore: ſed ſi erat
acceſſus aliũde nõ poſsideo: licet ſim dñs ſed tu qui vteris parte
ſuperiore.ita no.in l.ſi duo.§.itẽ videamus.& §.Labeo.ff.vti poſ.
& optimè põt poni exemplũ in ciuitate Senarũ,in qua vidi dire
ctè illum caſum: quia domus ſunt ędificatæ in plagijs.& habent
3 aditũ ex parte ſuperiori & inferiori. † No.
d etiam quod ædificiũ cedit ſolo.[d] & ad hoc
ſemper allegatur.quid ergo ſi ędificatur ca
ſtrum in ſolo meo? Reſpondeo dñium eſt
meum.ita ponit Spec.in titu.de reſt. domi.
ver.quid ſi petatur ciuitas.vide per Innoc.
4 in c.piſanis.de reſti.ſpo. † Sed quid ſi aliqs
in ſolo meo ædificat ſine calce,qd' vocatur
murum ſiccũ. videtur quod non ſolo meo
cedat.quia non videtur cohærere: cum de
facili poſsit tamen amoueri. ſicut eſt ædifi‑
cium de ligno poſitũ ſuper meo. vt l. ſi Ti‑
tius.ff.de acqui.re.do.& hic in glo.j.contra
rium tamen videtur verius.vt no.ff.cõmu.
5 prędio.l.ſi pręcario.per glo.& doc.† Tertiò
no.quod quouſq; durat ædificium quod fe
ciſti ſuper meo, non poteſt materiã ex qua
feciſti vendicare: quia nõ conſideratur de
per ſe quouſq; ædificiũ conſtat: ſed vnà cũ
vniuerſitate ædificij.vt in l.cũ qui ædes.de
vſuc.hoc verũ ſi ædificaſti de materia tua.
ſi verò de aliena,dñs illius poteſt agere cõ
tra me actio.ad exhibendum.per quam cõ
ſequetur à me æſtimationẽ: nõ vt deſtruat
ædificium.vt in l.in rẽ.§.Itẽ quæcũq;.ff.e.ti.
& idẽ ſi ego de aliena materia ædificarẽ in
6 meo.† Quartò no.qd' poſtquã ædificiũ eſt
diruptũ,ſi ædificaueris de tuo,potes repete
re:& vẽdicare materiã.cui dominiũ redit ad te: quia nũc cõſide‑
ratur de per ſe:& hoc ſi nõ animo donandi: in dubio ſi ędificaſti
bona fide,credens ſolũ eſſe tuum: non videris habuiſſe animum
donandi: ſed ſi ſciebas eſſe meum, tunc ſi habebas cauſam à me.
quia tibi locaueram, idem. Si verò nullã cauſam habuiſti à me,
in dubio videris donaſſe impẽſam.vt in l.ſi ſeruus ſeruum.§. qui
oliuam.ff.ad l.Aquil.iuncta l.habitator.ff.eo.tit.Sed pone quod
ędificaſti ſuper area mea & per me poſſeſſa,clarum eſt quod do
minium ædificij eſt meum: ſed quid de poſſeſsione: dicunt doc.
quod illam perdo.quia mutatur facies areæ:& amplius non dici
tur area.& ſic perderem vſumfru.ita & poſſeſ.gloſ. tamen vide‑
tur dicere quod poſsideo ſolùm.& tu ſuperficiem.

a ¶ Malæfidei poſſeſſor. Adde Dy. Pe.de Anc.& doc.in regula poſſeſſor.de regu. iuris.libro vj.

b ¶ Liber homo. An liber hõ poſsit ſe obligare ad obſidiũ pro cã publica. vide per Innocẽ. in c.ex reſcripto.de iureiuran.

c ¶ Super muro meo. Adde Cy.in l. granaria.ff. de actio. emp.

d ¶ Aedificiũ cedit ſolo. Adde inſti. de re. diui.in §. cum in ſuo Inno.in c.cũ olim.de priui.gl.in c.apoſtolicos. xij. quæſtio.ij.

e ¶ Iſtã alternatiuam. Adde Bal.in l. ſupra inter.in §.officiũ.ff.d aqua plu.arc. doc.in c.cũ decorẽ. de vi.& hone.cle.Rap.Cum. cõſi.xcvij.inci. ſtãte dicto ſtatuto.eũdem cõſ.clxxvj.inci.ſtatuto Papiẽſi caueat. Item iſta alternatiua vel poſita ſubiunctiue includit ſimilitudinẽ ſecundũ Bar. in c.ſedes.in j.col.de re.

*2 Poteſt quis uendere rem alienam in præiudicium ipſius uendẽtis ut obligetur ad tradendum: & transfert uſucapiendi conditionem.*
*3 In uniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei: & aliquando etiam in particularibus.*
*4 Si quis uendidit rem alienam. quando poſsit dominus habere ratam uenditionem, ut conſequatur pretium: & nume. 5.*
*5 Re perempta uel præſcripta, an poſsit eam ratificare in ſubſidium: ut conſequatur actionem ad pretium?*
*6 Si res mea quæ fuit tibi donata ualebat quindecim, & tu eam uendidiſti pro decem. ea perempta uel præſcripta quantum repetam à te?*
*Quid ſi habeat cauſam onoroſam, & eam plus uendidiſti.*
*7 Si tantùm emiſti quantum uendidiſti, & percepiſti tot fructus qui æquiualeant pretio, quòd debeant cõputari in eo quod ſoluiſti: ut cõueniaris ad pretium quod recepiſti.*
*8 Si culpa poſſeſſoris eſſet perempta, quia mihi daretur actio.l. Aquiliæ contra eum, non poſſum agere cõtra uenditorẽ habentẽ cauſam lucratiuã, ſicut ſi nõ eſſet perempta.*
*9 Sicut contra illum qui uendidit rem meam ſuo nomine poſſum agere ad pretium re perempta, uel præſcripta. ita & etiam contra illum qui de pecunia mea emit rem ſuo nomine in ſubſidium agere poſſum ad rem?*
*Quid in eo qui uendidit rem mihi obligatam?*
*Quid in eo qui exigit quod mihi debetur?*

LEX III.

1 MAter tua. † Iſta eſt lex ſolennis, & repetibilis.
h.d.non poteſt quis vendere rẽ alie‑
nam in præiudiciũ domini ſine conſenſu illius. ideo
poteſt verus dominus rem ab emptore vẽdicare etiã
non oblato pretio.ſi tamen poſtea ratam habet venditionem,vẽ
dita res eſt perempta: vel præſcripta. & ſic verus dominus non
habet regreſſum ad rem.poteſt agere contra venditorem ad pre
tium per actio.nego.geſto.hoc dicit.& eſt lex ſolennis, & repe‑
tibilis. & bene gloſſata. & habet materiam ſubtilem. In tex.ibi.
[mater tua vel maritus.] hic poterat facere dubium.quia videba
tur quod tam coniunctæ perſonæ potuiſſent præiudicare huic
2 dominæ: ſed contrarium eſt.† In tex.ibi. [inuita vel ignorante
e te.] Nota iſtam alternatiuam[e] ſecundũ Bal.propter.id quod di‑
cit.j.de actio.nego.geſt. quia non poteſt referri ad iſtum caſum,

a ¶Velle cuius eſt nolle. An inter velle & nolle ſit dare mediū vide in l.j.§.ſcientiā.ff.de trib.quę tex.ad hoc alle. Bar.in l.licet circa mediū.C.de iure delib.

qn̄ inuita & cōtradicente filia mater vēdidit.poſtq̄ reprobauit cōtractū,nō pōt amplius approbare:vt ex eo cōſequatur act.& ſic ad cōmodū ſuū licet poſsit ad ſuū incōmodū.vt repellaẽ exceptiōe.vt habeẽ in l.diſpēſatorē.ff.de ſol.referẽ ergo ad caſum qn̄ ipſa ignorāte.In tex.ibi.[vēdere iure nō
potuit.] ſ.ad præiudiciū tuum de pn̄ti.qa nō potuit tibi auſſerre
dn̄iū,& trāsferre in emptorē:ſed ad p̄iudiciū futurū nō pōt negari qn vēdere potuerit ad tui pręiudiciū qa trāsfert in emptorē
vſuc.cōditionē ꝑpter ti.qa nō trāsferẽ.& ſic poterit emptor acq
rere dn̄iū in præiudiciū ipſius filiæ ſimiliter bn̄ potuerāt vēdere
vt obligeẽ ad tradēdū ad præiudicium ipſorū vēdētiū. vt in l.rē
alienā.de cōtrahē.emp.ēt ſi emptor erat malefidei.vt no.glo.no.
in.l.ſi Titiū.in fi.ma.gl.ff.de pig.niſi res eſſet furtiua, vel vi poſ
ſeſſa:& emptor ſciret.quia tūc venditor nō obligareẽ ad trandē
dum.vt l.ſi in emptione.§.Item ſi emptor.ff.de cōtrahen.emp.&
3 hoc voluit gl.j.quam ita intellige.† In tex.ibi.[à poſſeſſore vēdi
care.]q.d.non autem agere cōtra venditorem ad pręiū,ex quo
pōt vendicare rem:quia nondum cōſenſiſti.nec eſt res perēpta,
velpræſcripta.quia in actione particulari pretium non ſuccedit
loco rei.quia licet ſis dominus rei venditæ non es dn̄s pretij:ſed
venditor ex ſua negotiatione.ff.de hære.ven.l.venditor ex hære
ditate.circa mediū.iuncta l.qui vas.§.fi.ff.de fur. non ſic in em
ptione hæreditatis,quæ pōt intentari ad pretium contra vendi
torem ſi res venditæ eſſent:nec enim ſunt pręſcriptę:quia in vni
uerſalibus actionibus pretium ſuccedit loco rei.vt in l.ſi rem &
pretium.ff.de peti.hære.& aliquando etiam in particularibus.vt
ſi vendens habebat cauſam à dn̄o pone depoſiti,vel commoda
ti.vt eſt caſus in l.j.§.fi.infra depoſiti.ꝙ tamen declara.vt infra p
Bar.in l.ſi cum ſeruum.in fi ff.ſi cer.pe.Itē in alio caſu bn̄ vendi
tio rei in te eſſet facta ex quadam neceſsitate iniuncta à ſuperio
re.vt ſi poſsidebas rem meā:& ſuperior te cōpulit ad ipſam ven
dendam vt daret militibus.nam poſſum à te petere pretium per
ceptum.quia tunc nō habeo regreſſum à rem.vt l.Itē ſi verbera
tum.§.j.ff.eo,& ar.l.qui ſolidum.§.j.ff.de leg.ij.In tex.ibi [ de ea.
venditione conſenſiſti.]ſcilicet tp̄e quo adhuc poteras rē vendi
care:qa non perēpta.nec præſcripta:ſed per iſtum cōſenſu per
dis facultatē vēdicādi.& ſic facto tuo.& nihilominus agis cōtra
vēditorē ad pretiū & hoc eſt difficile ad ſuſtinendū.& tota diffi
cultas gl.mag.& doc.cōſiſtit in hoc paſſu.Si aūt tēpore quo ra
tum habuiſti non durabat facultas vendicādi,quia erat res per
empta,vel præſcripta:nō habet dubium.nam etiā ſi nō haberes
ratum,poſſes in ſubdiū agere contra venditorē ad pretium certę
condi.generali.& etiam actione in factū.quę datur ex.l.ſi & me
& titium.ff.ſi cer.pe.quia concurrunt ambo qui requiruntur:qa
venditor eſt locupletior ex re aliena:& quia domino non eſt cō
ſultum contra aliū,& quia hoc contingit ſine ſui culpa.vn̄ etiam
poteſt ratam habere venditionē,etiā nō ſuo noīe factā ſed ipſius
vendentis in ſubſidium.& dabiẽ actio.ne.geſt.vtilis vna cū præ
dictis duabus per l.fi.ff.de neg.geſt. & illa eſt potius actio nego.
geſt.contraria quàm directa.quæ contraria datur ei cuius nego
4 tiū geſtū eſt.ſed directa datur gerēti] Et no.ꝙ ex illa alternatiua
apparet iſtum tex.ponere duos caſus vnum quando illa conſen
ſit tempore quo proprietas non erat perdita:ſed perditur nūc ꝑ
pter cōſenſum.alterū qn̄ erat perdita.qa perēpta,vel præſcripta.
& ſic agitur in ſubſidiū. & primus caſus recipit dubitationem
maximam.Pro declaratione prin.gl.oppo.contra tex.dum dicit
quod habendo ratā venditionem poteſt illa filia petere pretiū p
ceptum à matre venditrice.contra ſi mater vēdidit ſuo nomine.
non nomine filiæ,non poteſt filia ratam habendo vēditionē acq
rere actio.neg.geſt.quoniam ad hoc vt illa competat oportet ꝙ
negotium ſit ipſius ratum habētis.ſed non poteſt eſſe ſuum ni
ſi ſit geſtum ſuo nomine.& tunc his duobus concurrentibus da
tur actio iſta.Si autem non fuit geſtum ſuo noīe,licet poſsit ha
bere ratum quo ad præiudicium ipſius ratum habentis.vt in l.ſi
fundus.§.j.ff.de pig. & ſic vt perdet dn̄ium:& repellaẽ ab agen
do contra emptorem:non ſic ad ſui vtilitatem,vt acquirat actio
neg.geſt.ad pretium.& hoc eſt quod dicit lex.quod nō eſt meo
nomine geſtum ratum habere non poſſum.vt l.ſi pupilli.§.ſed ſi
ego.ff.de nego.timore huius in gloſ.ſunt tres opinio.prima fuit
Bald.qui fatetur contra.& dicit iſtum textum. debere intelligi

inquantum dicit competere actio.nego.geſto. ſed ad pretiū de
bere intelligi quando mater vēdidit nomine filiæ. licet videatur
diuinatio. Adde quod hoc in dubio videtur feciſſe quando non
vendidit vt ſuā,ſed vt alienam ipſius filiæ per l.ab vno.§.de ne
go.geſt.& per l.in familię.j.fami.erci.ſi autem vendidiſſet nomi
ne ſuo,fatetur contra Bul.quod ratum habendo faceret ſibi pre
iudicium.quia perderet dominium & rei ven.non tamen acqui
reret actio nego.geſto.ad pretium.& ſic mater lucrabitur pretiū
cum iactura filiæ.Sed contra de l.fi.ff.de nego.geſt.vbi datur di
cta actio:licet venditor ſuo nomine vendiderit rem alienam.ne
locupletetur cum aliena iactura.Sol.verum eſt in ſubſidiū ſi illa
res eſſet perempta,vel præſcripta. & ſic non poſſet dominus ei
vendicare.tunc poteſt ratificare venditionem. & habebit actio.
hanc ad pretium ſi venditor habebat cauſam lucratiuam. ne lo
cupletur cum aliena iactura.nam & ſi ratam non haberet,com
peteret ſibi actio in factum ex ęquitate.l.ſi & me,& Titium.ff.ſi
cer.pe.quia concurrunt ea quę requiruntur vt illa actio detur.ſ.
quod venditor eſt locuplex ex re aliena,& qd̓ dn̄o non datur re
greſſus ad rem ſuam cōtra aliquē:ſed idem eſſet ſi daretur regreſ
ſus:tamen ille cōtra quem daretur liberareẽ cedēdo actio.vt eo.
ti.l.cum fundus.§.ſeruum tuū.In caſu autem iſtius l.tēpore quo
illa filia ratam habuit venditionē res ſua extabat & non erat præ
ſcripta:quod patet.quia poſtea ſubijcitur in tex.alius caſus quā
do erat perempta,vel præſcripta. dum dicit.[vel alio modo pro
prietatē eius amiſiſti.] cū ergo habet regreſſum ad rem ſuam cō
tra poſſeſſorem:licet per ratihabitionem ipſum perdat:quia hoc
cōtingit facto & culpa ſua, ſibi imputet vt non poſsit agere ad
pretium ex illa æquitate:quæ nō habet locum niſi qn̄ ſine culpa
ſua res eſſet perempta,vel præſcripta.iſta fuit opi.Bul. quā glo.
& doc.videnẽ tenere.ſecunda fuit opi.Mar. cui viſum fuit ſatis
iniquum quod illa mater debeat lucrari pretium,& filia debeat
in damno remanere,licet ſui culpa & facto ratam habendo ven
di.tempore quo poterat rem vēdicare ceciderit à dn̄io.tn̄ adhuc
ęquius eſt qd̓ mater teneatur ſibi reſtituere pretium:ne lucretur
cū iactura filiæ quā qd̓ propter iuris rigorē filia remaneat in dā
no,& ipſa in lucro.& iſto modo intelligit iſtū tex.dicens hic eſſe
caſum qd̓ etiam ſi venditio nō fuit facta nomine filię. ſed nomi
ne vendentis,& etiam ſi res extabat non perempta,nec præſcri
pta.& ſic non habet ratificare in ſubſidium,ſed ex mera volūta
te,ex quo non ratificatur.& per hoc perdit dominium, & habet
actionem nego.geſto. ſicut ſi ratificaſſet poſtquam eſſet peremp
ta,vel præſcripta.& quod iſte tex.loquaẽ in eo caſu quo mater
vendidit nomine ſuo,& non noīe filiæ , ſatis colligitur hic.quia
copulantur duo caſus.ſ. quando ratificauit re extante & nō pr
ſcripta,qn̄ erat perempta, vel præſcripta : ſed hoc ſecūdo caſu ubi
ſi venditio ſit facta nomine vendentis,datur actio ad pretium vel
nego.geſto.ſi ratificauit in ſubſidiū.vt d.l.fi.quæ ſic debet intel
ligi.vel in facto ex æquitate dictæ l. ſi & me & Titium. ergo &
eo.primus caſus quādo ratificauit re extante,& non pręſcripta,
debet intelligi qn̄ venditio fuit facta nomine vēdentis: nec pōt
mater imputare filiæ quare ratificaſti , cum poſsis agere ad rem
tuam:quia culpam filiæ ex qua ipſa mater lucrum ſentit,imputa
re ſibi nō poteſt.vt in l.cum fundus.ff. de iure dotium. & ꝑpter
iſtam rationem do.Ray.ſequitur opinionem Mar.licet Gul.de
Cu.& alij contrà.quæ etiā mihi videtur vera per iſtum tex. Sed
do.Ray.dicit quædā alia quæ non placent.videlicet quod illud
negotium non eſt negotium filiæ ratihabitione:ſed re ipſa.ſalua
pace. quia ſi eſſet re ipſa , etiam ante ratihabitionē daretur actio
nego.geſt.quod tamen non eſt verum.quia niſi ratificet eam,non
habet ſic. & dicitur negotium ſuū ratihabitione. nam re ipſa di
ceretur,ſi in re mea aliquam impenſam feciſti,ex qua meliorata
eſt.& tunc habes actio.antequam ratificē:vel ex quo eſt deteriorata:& tunc ſtatim habeo actionē, etiā ſi nō ratificem: imò tanto
5 magis.† Itē truffaẽ de eo qd̓ cōiter dicuntur gloſ.& doc.quod re
perempta vel præſcripta poſsit dn̄s ratificare in ſubſidiū,ex qua
conſequeẽ actio.ad pretium. quia nulla l.hoc cauetur qd̓ requi
ratur iſta ratihabitio.cum etiā ſine ea detur actio ex l.ſi & me &
Titiū.& quia non pōt tūc dn̄s cōtractū improbare,vt agere poſ
ſit ad rem ſuā.ergo nec debet poſſe approbare,vt agere poſsit ad
a pretiū:quia eius eſt velle,cuius eſt nolle.* vt in regula iuris cum
doc.& glo.nō ſine cauſa dicunt neceſſariā ratihabitionem:quia
lex fi.de nego.geſt.vt conueniat tit. dum dicit poſſe peti pretiū,
debet

debet intelligi per actio.nego.geſt.ſed illam non pōt habere,niſi negotiū ſit ſuū ſed non pōt eſſe ſuū ſi non ratificat.nec ob. quod non pōt improbare,quia illa ratificatio fingiť fuiſſe facta tēpore quo poterat improbare.& ſic antequam eſſet perempta,vel præſcripta. Tertia fuit opi.glo. quæ ponit tres caſus. Primus.ſi re extante & nō præſcripta venditio fuit facta nomine vendentis. & ſic per errorē facti ratificauiť.quia credebat eam factā noīe ſuo: cū eſſet facta nomine vendētis.& tūc talis ratificatio nō valet.& pro nō facta habetur:vnde ea nō obſtāte pōt vēdicare rē.& hoc præſuppoſito nō pōt agere ad pretiū.per regulā qđ in particularibus pretiū nō ſuccedit loco rei.& per aliā qđ pretiū redactum per te ex re mea nō eſt meū,ſed tuū tibi acquiſitū ex tua negotiatione ſicut res empta ex pecunia mea nō eſt mea ſed tua.vt j.e.ſi

6 ex ea.†Secūdus qñ ratificaſſet per errorē iuris.quia bene ſciebat qđ venditio nō erat facta ſuo noīe:ſed noīe vendentis.credebat tamē qđ hoc nō obſtāte poſſet agere ad pretiū eā ratificando.cū tamen non poſſet retēta opi.Bul.& tūc videť velle glo.qđ mero iure præiudicet illa ratificatio.nō tamē in effectu. quia ſi agit ad rē,& opponať exceptio de ratificatione.replicabit de dolo. doc. reprobant hoc dicentes qđ imò præiudicat cū effectu:quia perdit dominium:& ſic nō pōt agere mero iure:ergo nec replicare. quia replicatio dať ad ſuſtinendā actio.quæ cōpetit.vt l.ſub prętextu.la j.§.de tranſ.ſed hic nulla cōpetit.ergo nō eſt locus replicationi.per illā l.error enim iuris nocet qñ vterq; tractat de damno vitando.vt in l.ſi fideiuſſor.§.nō malè.ff.man.& hic tam filia quā emptor tractant de dāno vitando. dicunt tamē per aliā viā ſuccurri filiæ ad pretiū.qđ dic vt hic per Cyn.qui ſatis inuolutè loquitur.Guli.de Cu.dicit ipſam veritatem.ꝙ imò nullo modo præiudicat illa ratificatio facta per errorē iuris,quòminus agere poſſit ad pretium: ſicut quādo per errorem facit. ꝓpter defectū cauſæ finalis:quia ideo ratificauit qđ ſperabat poſſe pretiū repetere.ſi ergo teneamus opi.Bal.ꝙ non pōt deficit cauſa finalis ꝓpter quā facta eſt:ergo & ipſa deficit.& ſic idē qđ in caſu præcedenti,qđ poterit agere ad rē: & non ad pretiū ſi verò ratificatio eſt facta ex certa ſcientia.quia ſciebat venditionem non eſſe factam ſuo nomine, & etiam ſciebat ꝙ eam ratificando perdebat dominiū.& non poterat agere ad pretiū, tunc opi.Bul.eſt vera. qđ nec ad rem agere poterit:propter ratificationē.nec ad pretiū, propter iuris rigorē.& ſibi imputet cur ratificauit.in dubio autē quia nō præſumitur animus donandi,potius videtur ratificaſſe ſperans poſſe pretiū repetere.& ſicut per errorē iuris: vnde non præiudicabit quin poſsit repetere.& hoc in ratihabitione expreſſa.Idē in tacita.cū agat ad pretiū,cū agere non poſsit:qa per hoc nō videtur ratificare venditio.& hoc voluit glo.in ſequēti verſi. [Item quid ſi tantū petīj pretiū &c.] Nec ob.l.j.de fur.j.quia ibi competebat actio ad pretiū ex contractu ſerui.ideo pretiū petendo videť ratificaſſe contractū ſerui:ſed hic nō competebat actio nego.geſto.ad pretiū.ideo ſi pretiū petījt,& ſic elegit viam incōpetentē,potius videť per errorem elegiſſe.& ſic poterit agere ad rem ſuccūbendo in pretio:aliàs ſecus. iſta ſunt quæ colliguntur ex glo.vſq; ibi.[Itē ſi tu vēdidiſti.ſuperuenit Bar. qui tenet opi. Mar.per aliā viā quā Mar.faciat hoc modo. Mar.vult qđ ſi vēdidiſti rem meā tuo noīe, & ego ratā habui venditionē re extante,& nō præſcripta,ꝙ ego habeam actio.nego.geſt.ad pretium. ne ſim in damno,& tu in lucro.tanquā geſſeris negotiū meū. & ſic ſenſit de actione nego.geſt.cōtraria:quę dať ei cuius negotiū eſt geſtū.Bar.dicit ego intelligo alio modo,qđ mihi deť actio nego.geſt. directa: quia ego ratā habēdo venditionē gero negotiū tuū ipſo geſtu:quia libero te ab actione de euictione: quia teneris emptori ſi nō ratificaſſem.ſed agerē rei ven.vnde ſicut quādo ſoluo pro te,& te libero,gero negotiū tuum ipſo geſtu, & repeto qđ ſolui per actio.nego.geſt.vt in l.ſoluēdo.ff.de neg.geſt. & l.quæ vtiliter.§. fi.& actio directa quæ dať geſtori. ita & hoc ad pretiū.Sed ponamus quod non tenebaris de euictione: quia emptor ſciuit rem alienā:certè ceſſat iſta ratio:& ſic opi.Bar.nō eſt gñalis:vnde reprobať hoc per Bal.per plures rōnes.quas hic vide.& etiā do.Rap.eam nō tenet.teneamus ergo opi.Mar.ꝓut eam recitaui.quia ſine dubio æquior eſt.de ipſa videtur caſus in illa l.nolendo deſtruere tex. & à contrarījs de facili defenſatur: quanquam doc.quaſi omnes ſequantur opi.Bul. or nunc habemus difficultatē huius l.& eſt expedita glo.vſq; ibi.[Item ſi tu vēdidiſti paruo pretio.In glo.ibi.[Item ſi tu vēdidiſti.] glo.vſq; in

fi.format quatuor qōnes,quæ nō cōcernū 1 caſum.ſ.examinatū quādo vendidiſti rem meā tuo noīe, & antequā eſſet perēpta vel præſcripta ratificaui. & ſic perdidi dñium facto meo.ſed cōcernunt aliū caſum,quando antequā ratificaſſem res mea erat perempta,vel pręſcripta.& ſic poſſum in ſubſidiū agere cōtra te ad pretiū ſi habeas cauſam lucratiuā,vel actione in factū ex æquitate. d.l. ſi & me & Titiū. etiā nulla facta ratificatione.vel nego.geſt.ea facta per l.fi.de nego.geſt.Hoc præſuppoſito quærit gloſ.de quatuor.Primò quid ſi res mea quæ fuit tibi donata valebat xv.& tu eam vēdidiſti ꝑ x.ea perēpta vel præſcripta quantū repetā à te.an x.vel xv.gloſ. diſtinguit an eras bonæfidei poſſeſ.ignorans rē eſſe meā,& repetam tantū x.an ſciebas eſſe meā.& tunc xv.iſta determinatio eſt bona:tñ aduerte.quia primo caſu repetā x. de æquitate tm̄ illius l.& ſic ita demū ſi habeas cām lucratiuam: nec poſſum à te plus extorquere quā ex venditione redegeris : quia nō plus lucratus es.& bonæfidei poſ.nō teneť niſi quatenus eſt effectus locupletior.ſed ſi eras malæfidei: poſſum agere de rigore ad ipſam rem etiā ſi cām oneroſam habebas:quia dolo deſijſti poſsidere & ſic haberis pro poſſeſſore.vt in l.parē.de regu.iur. & quia reſtituere nō potes,cōdemnaris ad verā æſtimationē rei.quinimò quantū in litē iurauero.vt l.qui reſtituere.ff.de rei ven.& de pig.l.ſi fundus.§.in vendicatione.Et aduerte. nā dicunt qđ etiā contra illū qui habet cām oneroſam ſi plus vēdidit quā ipſe emerit, habeo regreſſum ad illud plus:quia in illo habet cām lucratiuā.facit l.ſi
7 donationis.ff.de cōtrahē.emp.†Quinimò dicit Guli.de Cu.no. qđ ſi tm̄ emit quantū vendit.ſi tñ tot fructus percœpit qui æquiualeant pretio,diciť habere cām lucratiuā.& debent computari in eo qđ ſoluit.& ſic poterit cōueniri ad pretiū qđ recœpit. Tene mēti. Dicit etiā qđ ſicut re perēpta vel pręſcripta poſſum agere in ſubſidiū.ita nec perēpta nec præſcripta. ſi tñ cū difficultate poſſum agere ad rē.vt quia erat mobilis,& fuit vendita cuidā fo
8 rēſi qui receſsit cū ea.quia ſatis cēſeť perēpta in effectu. † Itē dicit qđ ſi culpa poſſeſſoris eſſet perēpta : quia mihi dareť actio.l. Aquil.cōtra eū,nō poſſum agere contra venditorē habentē cām lucratiuā.ſicut ſi nō eſſet perēpta:quia ceſſat rō ęquitatis.ex qua mihi ſuccurriť cōtra aliū ad oē intereſſe meū : licet nō ad ipſam rem:Tene mēti:quia iſta ſunt notabilia dicta & neceſſaria.& certè Guli.de Cu.fuit ſingulariſsimus hō.In ſcđa qōne.glo.tene id qđ habeť in glo.quia eſt clara.† In iīj.q.in ver.[ſed pone.]tñ ſecūdū Guli.qđ poſsit agi cōtra vtrūq; habentem cām lucratiuā,intellige.i.cōtra quēlibet de per ſe.& ſi ab vno exegero,alter liberatur.ar.in l.ſemper.§.ſi in ſepulchro.ff. qđ vi aut clā.nō tñ intelligas qđ ſimul.agam cōtra vtrūq;.vel qđ à quolibet poſsim extorquere.& idē videť dicēdū in vlti.q. Poſtremò ſicut cōtra illū qui vēdidit rē meā ſuo noīe poſſum agere ad pretiū re perempta vel præſcripta.ita & etiā cōtra illū qui de pecunia mea emit rem ſuo noīe in ſubſidiū agere poſſum ad rē.vt not.ff. de iure dotiū.l. ꝓculus.& de do.inter vir.& vxo.l.vxor marito.& ita limitať lex ſi ex ea.j.e.Idē in eo qui vendidit rem mihi obligatā.vt videť ſentire glo.in l.j.ff.de diſtra.pigno.quid aūt in eo qui vendidit rem indebitā actione perſonali:glo.videť idē ſentire in l.venditor ex hæreditate.ff.de hęre.vel actio.ven. Idem videť in eo qui exigit quod mihi debetur.vt no. in l.eius qui in prouincia.ff. ſi certum peta.in glo.ſuper verbo nego.geſt.

¶ Malæfidei poſſeſſor. Adde Dy.Pe. de Anc.& Feli. in regula poſſeſſor de regu. iuris.libro vj.

LEX IIII.

1 ADuerſus. † Ita demū pōt quis rē ſuā vendicare ſi non eſt vſucapta,vel pręſcripta.hoc dicit.Et no. hic ꝙ olim mala fides vēditoris nō nocebat emptori,quominus poſſet vſucapere vel præſcribere:ſi erat bonæfidei.hodie ſecus.vt in authenti.malæfidei.j. de præſcriptio.longis tempo.

2 *Malæfidei poſſeſſor de quibus fructibus non teneatur?*
3 *Si faciat aliquam impenſam de nouo,an videatur donare?*

LEX V.

1 DOmum. † Malæfidei poſſeſſor * teneť de fructi-
2 bus perceptis, & quos pcipere potuit. & expenſas nō recuperat:niſi fuerint neceſſariæ.quas recuperat per retentionē:nō per actionem.niſi fuerint vtiles. quas recuperat per abraſionē. dummodo poſsit fieri ſine læſione rei.hoc dicit.& materiam iſtius l.quantū ad primā partē

a ¶ De expēſis nō neceſſarijs. Adde quod poſſeſſor malæfidei nō repetit expenſas per actionem nego. geſto. ſecundū Bald. in l. mādatū. in fi. C. de nego. geſt. & per Bar. in l. in fundo. ff. de rei vendi.

b ¶ Expenſæ vtiles. Quæ dicantur expēſæ neceſſariæ. vide gl. in l. ſi ſeruos. ff. de pig. acti. l. j. & ſeq. ff. de impēſis in re. dō. fac. glo. j. in c. vt prætēritæ. de elec. & quę dicantur expenſæ iuſtæ vide per Bald. in c. cū veniſſent. in vj. col. de eo. qui mit. in poſ. & quæ dicāt expenſæ legitimæ vide per Pau. de Ca. in l. properandū. in §. & ſi quidem. in vlti. nota. C. de iudi.

c ¶ Eccleſia eſſe idem quod in minore. Adde ꝙ eccleſia & minor æquiparātur. vt eſt gl. & doc. in l. imperatores. ff. de re iu. Io. de Imo. in l. quæſitum. ſuper gl. j. ff. e. ti. tex. iuncta gl. in c. auditis. de reſtitu. in integ. glo. in c. ex literis. de iureiur. doc. in c. cām. de iudi. Spec. titu. de loca. in §. vj. verſi. xiiij. & xv.

de fructibus, examina. vt plenè no. in l. ex
diuerſo. in prin. ff. eo. & plenè per Cy. j. e. l.
certū. quantū ad ſecundā partē. de impēſis.
Cy. examinat hic. ſed glo. & Bar. plenius. in
l. in fundo. ff. eo. & continet quatuor dicta.
Primū vſq; ibi. [Eius autē.] Secundò vſq;
ibi. [niſi neceſſarios.] Tertiū vſq; ibi. [Sin
2 autē vtiles.] Quartū vſq; in fi. † Circa pri
mum occurritur dubitatio: an teneatur de
fructibus non perceptis ſeu perſonalibus
quos percipere potuiſſet ipſe, vel quos dñs
potuiſſet fortè percipere tantū plus quā al
ter. tex. hic vult ꝙ teneat ad illos quos ipſe
poſ. potuit pcipere, & nō percepit. ſed tex.
in l. ſi nauis. ff. e. dicit de illis quos percipere
potuiſſet dñs ſi rē ſuā habuiſſet. dicunt doc.
ꝙ tantū eſt dicere vnū quantū alterū. & ſic
referamus nos ad illud qđ cōiter potuiſſet
percipi per quēlibet hominē. & ita fiendū
eſt. non autē ad illud qđ ex ſingulari indu
ſtria alter eorū potuiſſet percipere. nā de il
lo nō debet haberi cōſideratio. argu. in l. ij.
ff. ad l. fal. quia diceretur puentre potius ex
negotiatione quā ex re. Secundū dictū hu
ius l. debet intelligi de expēſis non neceſſa
a rijs, [a] nec vtilibus: vt differat à tertio & quar
to dicto. & ſic de merè voluntarijs: ex qui
bus nulla vtilitas percipit. pone exemplum
in picturis. & illas malæfidei poſ. non recu
perat nec per modū ac. nec per viā retentio
nis, nec per viā abraſionis. vt colligitur hic
dum dicit. [nullā habeant repetitionē.] iun
cta gloſ. quia videt donatæ. vt in l. ſi ſeruus
ſeruū. §. ſi oliuā. ff. ad l. Aqui. & hoc ſi impē
dit tanquā in re propria: ſecus ſi tanquā in re aliena. quia cenſere
tur voluiſſe gerere negotiū illius. Si tamē ex hoc res aliqualiter
plus valeret. vt colligit hic. dum dicit. [non eorū negotiū geren
tes.] facit l. ex duobus. ff. de nego. geſt. Tertiū dictum debet intel
ligi de expenſis neceſſarijs, quibus nō factis res fuiſſet peritura:
vel deterior futura. ſiue conſiſtant in faciendo de nouo, ſiue refi
ciendo vetus. nam ſi eas non feciſſet, fuiſſet ſibi imputandum. &
teneretur ad intereſſe: ergo non imputatur. & ſi fecit: tamen quia
fecit tanquàm in re ſua, & ſic non habuit animum obligandi do
minum, non recuperat per actio. nego. geſto. ſed per retentionē.
& non per viam exceptionis. ſed officio iudicis. vt ff. de petitio.
hæredi. l. planè. & in hoc differt à poſſeſ. bonæfidei. qui tales ex
penſas recuperet per viam exceptionis. vt l. ſi in area. ff. de cōdi.
indebi. Et aduertendum quia ſecundùm hoc ſi res in qua factæ
ſunt non extarent, non eſſet quid poſſet retineri. ideo eas perde
ret in rei vendicatio. ſed in petitione hæreditatis, in qua veniunt
omnia: licet illa res non extaret, poſſunt retineri aliæ res pro tali
bus impenſis neceſſariò factis. vt in dicta l. planè. cùm l. præce
3 denti. † Quartum & vltimū dictum debet intelligi quando ex
b penſæ vtiles [b] conſiſtunt in reficiendo vetus ædificium: non in
faciendo de nouo. Si autem in faciendo de nouo, viderentur do
natæ per poſſeſſorem. vt l. adeo. §. ex diuerſo. ff. de acquiren. rerū
dominio. & ſi etiam non poſſet abradere, Item debet intelli
gi quando ex abraſione aliquam vtilitatem conſequeretur abra
dens. aliàs abradere non poſſet. Pone exemplum in picturis. nā
videtur hoc ſolùm facere vt ſibi noceat, non vt ſibi proſit. & hoc
probatur in l. in fundo. circa finem. ff. eo. Tertiò debet limitari
iſte tex. ſi aliquid eſſet adiunctum per applumbationem, id eſt
per diuerſam materiam. vt ædificium ſolo. ſi verò per ferrumi
nationem, id eſt per eandem materiam, vt ſi fierent plantatio
nes, vel ſeminationes: quia poſtquam radices emiſerunt vniun
tur cum terra, & efficiuntur eadem materia. vel ſi fimus fuiſſet
appoſitus, non haberet locum abraſio. vt ff. eodem. l. ſi fundi poſ
ſeſſor. & nota infrà eod. l. ſi quis ſciens. quid autem in bonæfidei
poſſeſ. dic vt dicta l. in fundo. ff. eodē. ſatis vtiliter. & nota maxi
mè per Bar. In gl. ibi. Sol. [ſpeciale in fure.] vel dic ſpecialiter in
expenſis alimentorum: quæ licet ſint neceſſariæ, tamen non re
cuperantur à malæfidei poſ. quia videntur donatæ fauore ali
mentorum. In gl. ibi. [l. ſi in area.] in fi. ille tex. potius concordat.
quia dicit quod per retentionem recuperantur: non alio modo
nec curo an conſiſtant in nō faciendo de nouo, vel in reficien
do, quando erant neceſſariæ: ſed ſi non erant, licet eſſent vtiles,
bene adhibetur dicta diſtinctio. vt s. dixi.

## LEX. VI.

1 **S**I ex ea. † Res empta per alium de pecunia mea
ſuo nomine eſt ſua. ideo non poſſum eam
vendicare hoc dicit. debeo ergo condicere pecuniam:
quia pro conſumpta habetur. & hoc verum niſi in ſub
ſidium: vt quia ille non eſſet ſoluendo. nam poſſem vēdicare rē
vtili rei ven. à quolibet poſſeſſore, ar. ff. de do. inter virū & vxo.
l. marito. & no. in l. proculus de iure dotium. & tetigi ſuprà eo. l.
mater. ſicut in ſubſidium poſſem petere pretium redactum ex
re mea. licet non ſit meum vt in dicta l. mater. Fallit etiam quod
hic dicitur in caſibus. ſpecialibus. qui notant. infrà eodem. l. ſi
(vt proponis.)

2 ☞ *Natus ex libera quantum ad honores & dignitates ſequitur conditionem patris & non matris.*

## LEX. VII.

1 **P**Artum. † Partus ſequitur ventrem: vt cuius eſt
ancila, eiuſdem ſit partus. hoc dicit. Si er
go ancilla mea exiſtens penes te concepit ex libero
homine, ille partus non eſt tuus: licet ſis bonæfidei poſ.
& ſic debeat lucrari fructus, quia partus propter dignitatem ho
minis non dicitur eſſe in fructu. vt l. in pecudum. ff. de vſuris:
nec eſt liber licet conceptus ex libero homine quia in hoc non
ſequitur conditionem patris: ſed matris: pertinet ergo ad me iure
2 dominij. † ſed natus ex libera quantum ad honores & dignita
tes, ſequitur conditionem patris: & non matris. vt hic in gl. & ra
tionem diuerſitatis tangit hic Cyn.

2 ☞ *Si aliquam rem emis meo nomine, etiam de pecunia tua, an acquiras mihi dominium & poſſeſſionem?*

## LEX. VIII.

1 **S**I vt proponis. † Res empta ex pecunia mi
litis licet non nomine mili
tis poteſt ex ſpeciali priuilegio militis vendicari. hoc
2 dicit. & etiam agi mandati, vel neg. ge. h. d. † In tex. ibi
[quædam nomine ſuo.] hic loquitur militi ſed ſi nomine militis
fuit comparata, nulla ſpecialitas videtur in milite: quia idem in
quocunq; alio. quinimò ſi aliquam rem emis meo nomine, etiā
ſi de pecunia, tua acquiris mihi dominium & poſſeſ. vt in l. per
procuratorem. de acquir. poſſe. verum eſt quando hoc fuit actū
inter ementem & vendentem. aliâs licet aliquis pro me emat ali
quam rem, hoc tamen non acto inter ipſum & venditorem, ſed
in animo ſuo, vel inter ipſum & me duntaxat, non acquirit do
minium mihi. ſed ſibi. licet per actionem mandati teneatur ad
transferendum in me dominium. vt l. res ex mandato. ff. de acq.
re. do. & l. ſi ita quis. §. Seia cauit. ff. de verbo. obliga. Fallit in mi
lite ſi de pecunia eius fuit empta. aliter ſecus & iſte eſt caſus in
ius. l. notabilis. & ſic poteſt vendicare. & cum rei vendi. etiam cō
currit actio mandati, & neg. geſt. & intellige de milite militāte,
qui prohibetur negotiari per ſo. vt in l. milites agrum. ff. de re mi
li. ideo in compenſationem ſortitur hoc priuilegium: ſecus ſi nō
militabat. ſed erat in domo propria: quia tunc poſſet mercari per
ſe ſecūdū Gul. de cu. Itē glo. hic ponit alios caſus, quos dicit eſ
ſe ſpeciales. ſ. in minore. Tu dic hoc verum quādo emitur ab ad
miniſtratione minoris. ſecus ſi ab alio ſecundùm doct. & ita lo
quuntur leges allegatæ in gl. & reprobatur in l. filiæ. & ibi tangi
tur per gloſſ. ff. de ſolu. ſed Guli. & Bald. idem dicunt in milite
quia loquitur hic de adminiſtratore eius. alij tenent eſſe idem in
quocunq; ematur. Item alium caſum ponit glo. in eccleſia. Do
c cto. dicunt in eccleſia eſſe idem quod in minore. [c] ſ. vt ſit ſua quā
do fuit empta per ſuum adminiſtratorem: licet hoc non acto cū
venditore. ſecus ſi per alium in ſubſidium. Item addit gloſ. alium
in viro & vxore. ſed doc. dicunt eis non acquiri niſi in ſubſidium
& ſic iſti caſus non ſunt ſimiles.

2 ☞ *Vxor, an ſit domina rei dotalis? & nu. 3.*
3 *Sententia lata contra maritum, an noceat uxori?*
*Sententia lata contra procuratorem, an noceat domino?*

LEX IX.

1 DOce ancillam. †Res dotalis non pōt vendi-
cari per vxorem ſed pertinet
vendicatio ad maritū.h.d.vnde allegatur quod†vxor
2 non eſt domina rei dotalis,ſed maritus ſed tex. in l. in
rebus.ſ.de iure do.dicit hoc verum de iuris ciuilis ſubtilitate:ſed
de naturali vel gentiū dn̄ium videtur ab vxore receſsiſſe.& ſic
duo ſunt domini eiuſdē rei,diuerſis tn̄ reſpectibus vnus de iure
ciuili,alter de iuregentium,vel naturali & potentior eſt primus
quā ſecundus:qa cenſetur in ipſum tranſlatū exercitium & de-
3 fenſio rei.†Alia lex dicit qđ licet maritus ſit dn̄s rei dotalis,quę
eſt res corporalis.vxor tn̄ eſt domina dotis,quæ conſiſtit in iure
ſicut hæreditas eſt ſine aliquo corpore:vt in l.quod dicitur.cum
ſi.no.ff. de impēſis:ideo ſi res dotalis euincatur à marito quam
ab alio emit,vxor ipſo iure agit de euictione:non maritus : quia
incipit eſſe indotata.& ſua intereſt eſſe dotata qa melius tracta-
tur à marito & ille eſt caſus in l.quamuis.ff.de iure do. Effectus
huius l.autem eſt ſi vxor vendicauit rem à poſſeſſore, & ſuccu-
buit,ſententia lata contra eam non præiudicat marito qui non
fuit citatus,nec ſciuit litem motam.vt l.ſæpe.ff.de re iud.Sed ſen
tentia lata contra maritum qui habeat ius vendicandi, bene no-
cet vxori.ſol.ma.ſicut ſententia lata contra procuratorem no-
cet dn̄o:quia cenſetur conſtitutus proc.in rem ſuam & hoc niſi
culpa mariti ſuccubuerit. vt probatur ff. de condit. & demon.l.
Titio centū.§.fi.in fi.ſecundū Pet.& Cy. facit de euic.l.ſi pro re
pupilli.Bart. autem aliter videtur loqui in illo paſſu. in l. de die.
§.vel ij.ff.qui ſatiſda.cog.vbi omnino vide & nō eſt diu quod
habui ſuper hoc videre de facto. In glo.ibi.[de procu.l.quia ab-
ſente.]in fi.tu dic.ibi ideo vxor agebat,quia maritus mandaue-
rat ſibi actionem hic nō. In gl.ibi.[dominus eſt rei dotalis.]ſub.
& etiam poſſ.vt j.ſol.ma.l.dotis.

LEX X.

1 CVm ſuper. †Dominiū poteſt probari non ſo-
a lum per inſtrumēta:[a] ſed etiam per
b teſtes,[b] & per alia indicia & coniecturas.h. d. In text.
ibi.[te habere aſſeueres.]i.in tua ſupplicatione,in qua
petebas per nos reſcribi iudici vt admitteret probationes per te-
ſtes.dicit Imperator nō expediebat hoc petere à nobis:quia po-
teras petere à iudice coram quo cauſa erat cœpta: cū bene ſciat,
vel ſcire debeat probationem fieri poſſe nō ſolū per inſtrumen-
ta,ſed etiam per teſtes,quinimò per interrogationem & reſpon-
ſionem ipſorum ſeruorum de quo dominio agitur non intelli-
gas quod eis ſolis credatur in præiudicium poſſeſſoris:niſi con-
currant alia indicia.vt ff.de proba.l.cū probatio.& de ædil.edic.
l.quæro.in fine ſecundùm Gul.de cu.& vide bonam glo.ff.ſi ex
noxa.ca.ag.l.ij.quod confeſsio ſerui nō noceat domino:ſed poſ-
ſit eam reuocare.

1 *Potentius vel magis dignum trahit ad ſe minus potens & minus dignum.*

LEX XI.

1 SIquis. †Quicquid plantatur vel ſeritur ſolo cedit
poſtquā radices emiſerit & ſic pertinet ad
dominum ſoli & ſi plantans eſt bonæfidei , recuperat
per viam exceptionis à vendicante ſolum.h.d. In text.
ibi.[ſi quis ſciens.]idem tamen ſi non erat ſciens , quantum ad
hoc vt plantata & ſata cedant ſolo. In tex.ibi. [radicibus terram
fuerint amplexæ.]quia tunc efficiuntur pars ſoli.vt ff.q̄ in frau.
2 credi.l.ſi.§.pen.†In tex.ibi.[dn̄i enim.]nota quod potentius vel
c magis dignum[c] trahit ad ſe minus potens vel minus dignum:
non autem econuerſo.de au.& arg.le.ff.l.& ſi non ſunt.§.perue-
niamus.In text.ibi. [cum qui bona fide poſsidens.] ſi autem eſt
malæfidei:nec per viā exceptionis repeteret,nec neceſſarias im-
penſas per illam viam repeter,ſed per officium iudicis.vt dixi in
l.domū.nec etiā hoc caſu per officiū iudicis:quia nō ſunt impen
ſæ neceſſariæ:ſed vtiles , ſed nec per viam abraſionis quoniam
illa adiuncta ſunt per ferruminationem.i.per eandem materiam
quia vnita ſunt cū terra.& iſte eſt caſus in l. ſi fundi poſſeſſor.ff.
eo.licet adiuncta per applumbationem.i. per diuerſam materiā,
bene poſſet conſequi per abraſionem.vt in l.domū.in fi.§.co. In
glo.in fi.ibi.§.[Item quæcunq;.] tu dic quod nec vtilis rei ven
dicatio,nec actio in factum dareť bonæfidei poſſeſſori ad remo
uendum ſata,vel plantata.nec obſtat ille.§. Item quęcunq;.quia
ibi quādo ſine facto ſuo res ſua fuiſſet iuncta cum ea puta vi flu
minis ſecus ſi facto ſuo ſecundū Pe. vt no.
ff.de acqui.re.do.l.quicquid.§.cum partes.
in glo.fi.

2 *Non dicitur quis habuiſſe fidem de pretio quando cre
didit ſtatim pretium conſequi nulla data dilatione, & 
propter hoc rem tradidit: & poterit rem ſuam uendi-
care, ſecus ſi dedit aliquam dilationem.*

LEX XII.

1 IN ciuile. †In cōtractibus
nōīatis cōtra nō
implentē cōtractum ex parte ſua
nō agiť cōdi.ob cauſam ad reſcin
dendū contractum : tanquā cauſa non im-
pleta vel ex pœnitentia:ſed agitur actione
ex eo contractu vt impleatur.h.d. iſta lex.
2 †Not.gl.quod tunc nō dicitur non habuiſ-
ſe fidē de pretio quādo credidit ſtatim pre-
tium conſequi nulla data dilatione, & pro-
pter hoc rem tradidit & tamen pretiū non
percœpit: tūc enim non transfert dominiū
& ſic pōt rem ſuā vendicare. vt inſti. de re-
rum diui.§. venditæ. ſi verò aliquam dila-
tionem dedit quantuncūq; modicā,dicitur
habuiſſe fidē de pretio & ſic transfert dn̄iū
& licet pretium non ſoluať in termino , res
vendita non pōt cōdici nec vendicari : ſed
debet agi ad pretium . In cōtractibus verò
innominatis propter cauſam nō impletam
poſſet agi cōditione ob cauſam ad rem da-
tam.vt toto tit.ff.de condi.ob cauſam.

2 *Quando duo contendunt de poſſeſ. & neuter ipſorum
uult dare libellum ne uideatur tenere partes actoris po
teſt iudex ex officio ſuo etiam neutro petēte ne ueniāt
ad arma , aſsignare terminum ut probent de poſ. &
poſtea poterit pronūtiare pro eo qui melius probauit:
etiam ſine libello, & ſine petitione quacunque.*

3 *Qui eſt iudex in preparatorijs:an debeat etiam eſſe in de-
ciſorijs?*

*Quid ſi conuentus coram iudice ſeculari obijciat de ſimula
tione contractus?*

4 *An poſſeſſorium poſſit concurrere cum petitorio?*

a ¶ Per inſtrumenta. Adde Barba. conſil. xliij.inci.clementiſsi mū deū.in ij.col.ver. facit etiā ad hoc. in iiij.vol.eiuſdē cōſi.lv. inci.clemētiſsimū & oīpotentē Deū.in vj. col.in eo.volu.

b ¶ Per teſtes. Adde Bal.in l.ij.ad fi. & in l.ꝓprietatis.C.de ꝓba. Angel. in aut. de teſti.in §. & licet,& Bald.in c.cūm el.j.de teſti. & an probetur per famā. vide I l. iij. C.de prob.i.glo.in l. atqui natura. in §. cū me abſente. ff. de ne. geſt.et ibi Ang.dicit hoc eſſe verū qn̄ al legatur dn̄iū fuiſſe eius cuius memoria nō exiſtit.& ſic igno rant initiū niſi per fa mam exēplum quod iſta domus ſit domi- nicalis vel alterius q deceſsit iam ſunt cen tū anni : ita q; nemo viuit q viderat : ſed tn̄ per famā dicitur. & ibi Ange. dicit ſe obtinuiſſe de facto in ciuitate Paduæ in quadā ardua qōne. Itē Papa probat do- miniū terrarū per fa- mam ſecundū Bald. in l. cōuenticulā. C. de epiſ.& cle.

c ¶ Magis dignū.Ad- de l. hæreditas. ff. de pe.hær.c.quod in du bijs.de cōſe.ec.vel al ta.c.ſuper qōnū.in §. ſi verò.de offic. dele. Arch.in c. anteriorū. ij.q.vj. eundē Archi. in c.đ ieiunio.lxxvj. diſtin.

LEX XIII.

1 ORdinarij. †Si contenditur inter duos de poſſeſ
ſione & de ꝓprietate alicuius rei mo
bilis exiſtētis penes alterum eorum , prius expeditur
iudicium exhibitorium.Secundo loco iudicium poſ.
tertio loco iudicium petitorium.Primū fit vt res oſtendať teſti-
bus & vt non poſsit negari rem nō eſſe apud eum: licet actio ad
exhibendū aliquando detur vt fiat reſtitutio : aliquando vt fiat
ſeparatio:quæ ſunt alicuius præiudicij hic datur vt res oſtenda-
tur,quod eſt parui pręiudicij ideo ſufficit probatio per iuramen
tum.vt l.theſaurus.ff.ad exhi.ſed in præcedētibus requiritur ma
ior probatio iuxta no.per Bart. in l.j. de præto.ſtip. Puto autem
quod in caſu huius l.quādo petiť exhibitio per eum qui agit rei
vendi.debeat & poſsit fieri officio iudicis mercenario deſeruiē-
te illi actioni.vt in l. non ſolum.ff.eo. & ſic non requiritur libel-
lus,nec litis cōte.iuxta no.per gl.ff.de interrog.act.ſuper rub.qn̄
verò peteretur principaliter,nō ad finem alterius iudicij , debe-
ret fieri iure actionis ad exhibendū: licet ſummarim procedatur
quantū ad dilationes & probationes.vt in l.iij.§.ibidem.ff.ad ex
hibendum eſt aūt hæc exhibitio præparatoria tam ad iudicium
poſſeſſorium quā petitoriū,quæ ſperabantur moueri & eo libel
lo poteſt peti.Secūdum verò iudicium.ſ. poſſeſſorium fit ad or-
dinarium petitorium : vt ſciatur quis in eo debeat tenere partes
actoris , & partes rei. & ſic cui veniebat onus probandi nam ei
qui non poſsidet.& ſic agit.vt inſti. de interdi.§.commodum.et
hoc ſatis colligitur ex l.incerti.j.de interdictis.& l.exitus cōtro-
uerſiæ.de acqui.poſſeſ.ff. Sed qualiter poterat eſſe hæc quæſtio
de poſſeſsione:cū pręſupponať quod iſta mancipia erant penes
alterum iſtorū,qui pōt cōpelli ad exhibendū ergo ipſe erat poſ.
et debet tenere partes rei. Vn̄ fortè alter dicebat ſe poſsidere,illū
verò detinere:qa ſibi erant cōceſſa precariò : vel in cōmodatū.

vnde volebat pronuntiari hr̃e ſe poſ.& hoc per interdictũ vtro-
2 bi:ꝙ datur pro poſſeſsione rerum mobiliũ.† Et adde ꝙ quando
duo cõtendunt de poſſeſsione,& neuter ipſorum vult dare libel
lũ ne videatur dare partes actoris.& ne ſibi incũbat onus ꝓbãdi
in rei vẽdi.põt Iudex officio ſuo etiam neutro petẽte ne veniant
ad arma,terminum aſsignare:vt probẽt de poſſeſsione,& poſtea
poterit pronuntiare pro eo qui melius probauit.etiam ſine libel-
lo,& ſine petitione quacunq;.vt no.in Spe.de cauſa poſſeſsiõis.
§.j.ver.pe.in ij.parte.Spe.& in ti.de libellorum concep. §.nũc vi
dendum.ver.xxij.& per Inno.in c.cũ veniſſent.de inſti.per.l. li-
beris.§.fi.de liberali cauſa.& tangitur etiam hic per Bal. ſecun-
dũ alios legiſtas:licet non alleget Spe.& iſtum caſum pluries ha
bui de facto.Tertium iudicium eſt iudicium principale, poſtq̃
erit declaratum quis ſit poſ.& quis debeat tenere partes actoris,
dicetur illi qui det libellum. & hæc omnia expediuntur coram
3 eod.iudice. † & ſic ille qui eſt Iudex in præparatorijs debet eſſe
etiam in deciſorijs ſecundùm Bal.qui dicit per hoc poſſe dici ꝙ
ſi aliquis conuentus in curia ſeculari,vel cõtra quem petitur exe
cutio inſtrumenti in quo interuenit iuramẽtum,vt poſsit obijce
re de ſimulatione contractus,& quod erat vſurarius petat abſo
lutionem à iuramento in curia eccleſiaſtica,& ſi obtinuerit,tra-
hẽt totam cauſam ad illam curiam. & ſic actor habebit neceſſe
petere executionem in curia illa:& Iudex eccleſiaſticus ratione
iuramenti & relaxationis factæ acquirit iuriſditionem inter lai-
cum & laicum facit.c.plerunque de dona.inter virum.vbi ratio
ne matrimonij(quod eſt ſpirituale)Iudex eccleſiaſticus cogno-
4 ſcit etiam de dote.& ſemel habui de facto in Brixia. † ſed ille q
petebat executionem inſtrumẽti,ne traheretur ad curiam eccle-
ſiaſticam,in qua nunquam finiuntur lites, & ne poſtea per ap-
pellationem traheretur ad romanam curiam,volebat iuramen-
tum relaxare:quod facere poterat.etiam de iure canonico:cũ ad
ſui cõmodũ eſſet preſtitum.iuxta no.per Bar.in l.j.§.poſt operis.
de ope.no.nun.& ſic non indigebat abſolutione fienda per iudi
cem eccleſiaſticum,ſed poterat obijcere quancunq; exceptionẽ
volebat.ille tamẽ hoc non obſtante petijt ſe abſolui ab epo. dixi
ꝙ iſta abſolutio fuit ſuperuacua.ideo non trahit cauſam ad illũ
forum:ſed tenetur reſpõdere in curia ſeculari.quãquam dictum
Bal.nõ videbat̃ oĩno verũ:quia Iudex hic nõ acquirit iuriſditio
nẽm ſuper negotio principali ex hoc ſolo ꝙ cognouit de præpa
ratorio.imò ex eo qđ habebat iuriſditionem in principali:habe-
bat etiam in præparatorio & acceſſorio. vt s. de iudicijs.l. quo-
ties.Iudex tñ eccleſiaſticus non habebat ſuper principali : licet
haberet ſuper præparatorio:ꝙ eſt minus.vnde nõ videtur quod
trahat ad ſe id quod maius erat.arg.optimũ.s.eo.l.ſi quis ſciens.
ver.dñi enim &c.Per illã.l.dum dicit ꝙ prius expeditur cã poſ-
ſeſsionis.vt patet ibi dum dicit prius de poſſeſ.iudicetur,& poſt
ea cauſa proprietatis agitetur,& decidatur.Allegatur per Io. &
Azo.ꝙ nullum poſſeſſorium poteſt concurrere cum petitorio.
vel econuerſo,& quod poſſeſſorium ſemper debet præcedere,
& petitorium ſequi.& fundantur per illam.l.& per l. incerti. in-
fra de interdi.& per.l.ſi de vi.de iudi.ff.& hoc tam in eodem li-
bello quàm in diuerſis.& eodem tempore non poſſunt iſtæ cau
ſæ inter eoſdem agitari occaſiõe vnius rei.illa fuit vna opi. Alia
fuit opi. Mar.qui dixit iſtas.ll.loqui & debere intelligi.in poſſeſ
ſorio retinendæ:quod non poteſt cõcurrere cum petitorio rõne
cõtrarietatis:q: qui agit poſſeſſorio retinendæ,aſſerit ſe poſsiđe
re.q verò agit rei vendicatiõe,aſſerit aduerſariũ poſsidere.& ſic
eſſet ſibi contrarius.& ideo ſimul nõ põt ambo intẽtare,et ꝓſeq:
ſed prius debet intẽtare & expediri facere poſſeſſoriũ rõne ordi
nis vt iudiciũ petitoriũ ordinet̃:& ſciat̃ quis in eo debeat tenere
ptes actoris,& qs rei certũ poſſeſſoriũ recuperãdæ & adipiſcen-
dę poſſunt bene cõcurrere cũ petitorio.qa nulla cõtrarietas re-
ſultat.& de hoc dicit eſſe caſum in l.cũ fundus.§.fi.ff.de vi & vi
arma.vbi pendẽte vno iudicio prius inchoato nõ ꝓhibet̃ actor
alterũ inchoare & ꝓſequi vnà cũ illo.& iſta opi.eſt canonizata
in c.paſtoralis.de cã poſ.& ſi dicat̃ illud certè idẽ video in poſ-
ſeſ.retinẽdæ ꝙ ille q inchoauit iſtud iudiciũ nõ ꝓhibet̃ poſteà
agere rei vẽ.in alio libello & ꝓſeq.vt in l.naturaliter.§.nihil cõe.
de acqui.poſ.ff.ipſe rñdet ꝙ ibi intẽtãdo ſcđm ꝙ nõ poterat con
currere cũ primo,renũtiabat expreſsè vel tacitè primo.& ſic re-
nũtiabat expreſsè vel tacitè,& ꝓcedet̃ ſup ſecũdo dũtaxat. Sed
qñ poſſunt cõcurrere,intentãdo ſecundũ nõ renuntiatur primo
expreſsè vel tacitè:ſed proceditur in vtroq;.niſi actor velit con-
trarium:puta primò intentauit petitorium:poſtea vult illo ſuſpẽ
ſo intentare poſſeſſorium,poteſt.& primum remanet in pendẽti
vt in præallegato.c.paſtoralis.& de hoc multũ habent Canoni-
ſtæ clarius quàm Legiſtæ.Tertia fuit opi.Pe. qđ omne poſſeſ-
ſorium põt concurrere:cum petitorio,ſi quærimus de potentia
& ꝙ nulla lex prohibet hoc fieri:licet det conſilium quod prius
moueatur & terminetur poſſeſſorium retinendæ quam peruẽ-
niatur ad petitorium.vt iſta.l.cũ ſimilibus.ſed ſi hoc non vult fa
cere:imò licet aſſerat ſe poſsidere paratus eſt dare libellum ſu-
per petitorio,probare dominium:nulla lex ꝓhibet hoc fieri:imò
mos ei gerendus eſt:vt in l.circa.ff.de proba cum enim compe-
tant ad diuerſa:quia nihil habet cõmune proprietas cum poſſeſ-
ſione,non impeditur cumulatio:quia regulæ impeditiuæ cumu
lationis loquuntur quando agetur de eadem re diuerſis actio.
vel quando ad diuerſas , & eſſent talia iudicia in quorum vno
lata abſolutoria pareret exceptionem rei iu.in alio.vt quãdo pe
titur res,& fructus.vt l.fundi.& l.fundum.ff.de excep.ꝙ hic nõ
eſt.quia abſolutoria lata in poſſeſſorio non parit excep.rei iud.in
prætorio.l.eadem.§.finali.ff.de exceptione rei iudicatæ. & dicit
illam eſſe veritatem ſicut Deus eſt.Bar.in.§.nihil commune.di-
cit hanc opi.eſſe falſam ſicut Iudas ſcarioth:& oſtẽdit quid imò
omnes regulæ prohibitiuæ cumulationis poſſunt habere locum
hic:in diuerſis tamen caſibus.& ſic dicere ꝙ nũq̃ prohibetur cu
mulatio iſtorũ iudiciorũ:quia nũq̃ poteſt ſubeſſe aliqua regula
prohibitiua,falſiſsimum eſt.ꝙ proſequere vt plenè,ſubtiliter,&
altè tractat ipſe Bar.ibidem.cõmuniter aũt tenetur opi.Mar.di
uo ꝙ dũ ipſe dixit indebitè poſſeſſoriũ retinẽdæ non poſſe con
currere cum petitorio ratione contrarietatis.gl.& doc.dicunt ꝙ
poteſt eſſe caſus in quo nulla eſt cõtrarietas.vt ſi ago interdicto
retinendæ & pro poſſeſsione ciuili & naturali quã dico eſſe pe-
nes me,& rei vendi.ratione detentatiõis,quã dico eſſe penes te.
nam ſufficit hoc in rei vend.vt in l.officium.ff.eod.vel ſi ago in
terdicto ratione ciuilis tantum,quã dico eſſe penes me,& rei vẽ.
ratione naturalis tantum quam dico eſſe penes te. nam iſta poſ-
ſunt ſimul ſtare.vt hæc habentur in l.clam poſsidere.§.qui ad nũ
dinas.ff.de acqui.poſſ.poteſt etiam eſſe alius caſus.ſ.cum pro-
nerentur illa iudicia pro quaſi poſſeſsione iurium incorporaliũ,
& ꝓ ipſo iure.nam etiam quaſi poſ.ſeruitutis poteſt intentare cõ
feſſoriam:quæ competit ꝓ ꝓprietate ipſius iuris.vt l.& ſi fortè
j.ff.ſi ſeruitus vendi.ſic ergo inuicem contradicunt illa iudicia
quia in quacunq; ipſorum poteſt aſſerere ſe poſsidere,& non ad
uerſarium. Eſt & tertius caſus in iudicijs diuiſorijs.in qbus poſ.
roborat petitorium.vt in l.j.fami.er.& ꝓſequere vt hic ꝑ Cy.&
multò plenius & vtilius ꝑ Barto.in.d.§.nihil comune. Bal.etiã
hic recitat aliquas.q.circa materiam tit.vti poſsideris. quæ ſunt
notabiles:tamẽ hic non cadunt.& eas aſſumpſit ex dicto Inno.
in c.licet cauſam.de proba.&c.

2 ☞ *Ex qua perſona quis lucrum ſentit,eius factum improbare non debet. & an iſta re-*
*gula ſemper habeat locum? & nu.1.*
*Quem de euictione tenet actio,eundem agentem repellit exceptio. & an hoc ſemper ha*
*beat locum? & nu.1.*
3 *Hæres non poteſt improbare factum defuncti*
4 *Si res filij uendita non fuit tradita per matrem,an emptor poſsit conuenire filium hæ-*
*redem matris ut tradat?*
5 *Quid in patre uendente rem filij,ſi poſtea filius ſit hæres eius?*
6 *Quid ſi filius non eſt hæres patris,uel matris,niſi in ſua legitima?*

## LEX. XIIII.

1 CVm à matre. † Pro ea parte qua qs ſuccedit defuncto repreſentat perſonã
eius,& pro illa parte non poteſt venire cõtra factũ de
functi:ſeu contractũ factum per defunctum ſuper re
ipſius ſuccedentis hoc dicit.Et venit ad ſuppletionẽ.l.mater i.e.
nã ibi filia vel filius cuius rem mater vendiderat ſuo nomine,vo
lebat viuẽte ipſa matre venire contra,& rẽ ab emptore aduoca
re.ꝙ facere poterat ſi contractui non conſenſit.hic verò ea mor
tua: quo caſu adhuc poteſt ſi ei nõ ſucceſsit:ſi autẽ ſucceſsit tñ
pro ea parte qua ſucceſsit prohibetur venire cõtra.& repellitur
2 exceptione triplici ratione.† Prima ex regula iuris , quæ eſt ꝙ
ex qua perſona quis lucrum ſentit,eius factũ improbare nõ de
bet.Sc̃a per regulã. Quem de euictione tenet actio,eũdẽ agen
tem repellit excep,ff.de euic.l.vẽdicãtẽ.ſed ipſe ex perſona ma
3 tris cuius eſt hæres,tenet̃ de euic.ſicut ipſa tenebat̃. † Tertiò
eſt quia

eſt: qa hæres non poteſt improbare factũ defuncti ſicut enim ipſe defunctus non poſſet viuens venire contra factũ ſuum l. poſt mortem. ff. de adop. ita nec hæres eius, qui reputat̃ eadẽ perſona cum eo ad hoc l. cum hæres. ff. de diuerſis & temporalibus præſcrip. Prima tñ ratio non ſemper habet locum quid enim ſi hæreditas nõ eſt ſoluẽdo: certè tunc nullũ lucrũ ſentit & ideo ceſſante illa ratione poſſet venire cõtra: tamen cõtrarium eſt, ſi non cõfecit inuentariũ: qa iuris præſumptione fingit̃ eſſe ſoluendo: ſecus ſi inuentariũ cõfeciſſet. Itẽ ſi ſentiret lucrũ aliter quàm per ſucceſſionẽ vniuerſalẽ: puta p viam legati, nõ prohiberet̃ venire cõtra niſi tale legatũ eſſet factũ animo cõpenſandi, vel fingeret̃ factũ vt in caſu l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pater. ff. ſolu. mat. & l. Titia. §. qui dotale. ff. de leg. ij. Similiter ſecũda ratio nõ ſemper habet locum quid enim ſi mater nõ tenebat̃ de euic. vt quia venditio erat facta ſciẽti rem alienã. vt hic, nihilominus filius repellit̃ quatenus eſt hæres ideo tertia ratio eſt melior: & vniuerſalior: quia non põt improbare factũ defuncti. arg. in l. rem alienã. in fi. ff. de pig. act. In tex. ibi. [doli mali.] Iſta nõ eſt exceptio duntaxat in rem: ſed ppria exceptio præſupponẽs actionẽ: licet enim filius ſucceſſerit matri, nihilominus dñiũ rei retinet: qa emptor q non fuit effectus dñs p traditionẽ ſibi factã, ppter hoc quod dicit ſucceſsit vendĩtrici: adhuc nõ efficit̃ dñs ſine noua traditione vera, vel fictã: vt ſi expreſsè filius approbaret venditionem, & permitteret apud eũ ſtare qđ vim traditionis haberet. vt l. qua ratione. §. interdũ. ff. de acqui. re. do. & hoc pbatur per id qđ habet̃ in text. &
4 gl. fi. eã. l. ſi à Titio. † Quid aũt ſi res nõ fuerat tradita per mrẽm an emptor poſsit cõuenire filiũ hæredem matris vt tradat: videt̃ qđ nõ. p d. l. rem alienã. ver. j. ff. de pig. ac. & ſic vẽditio cõfirmata erit quantũ ad hoc vt filius agẽdo repellatur: nõ quantum ad hoc vt conuẽtus tradere teneatur. Cõtrariũ puto q etiã tradere tenetur, ſicut iure tenebat̃: poſtquã eſt hæres eius. Nec ob. l. rem alienã. quia ibi loquit̃ in iure reali vt ſi aliquis tibi obligauit rem meã. & ſic nõ valet obligatio: nec conſtitutũ eſt pignus: vnde ſi tu ſuccedã obliganti, non confirmat̃ vt agere poſsis. Nos loquimur in actione perſonali: qa ſi aliquis vẽdidit rem meam, valet venditio quo ad ſui præiudicium, vt obliget̃ efficaciter. vt l. rem alienã. de contrahen. emp. & illam obligationẽ etiã efficacẽ trãſmittit ad hæredẽ eius.
5 † Quærit glo. quid in patre vendente rem filij & poſtea filius ſit hæres eius: an poſsit reuocare venditionẽ? & determinat q non: qa eſt eadẽ ratio quæ in matre. Tu dic hoc verũ qñ vendidit tanquã ſuã, & ſuo nomine ita loquitur iſta lex ſi verò tanquã rem filij, & adminiſtratorio nomine filij, cũ à iure prohibeat̃ vendere. vt in l. j. de bonis maternis. j. ipſe idẽ pater põt adminiſtratorio nomine venire contra per l. quẽadmodum. j. de agri. & cenſi. lib. xj. & per l. Iubemus. §. ſanè. de ſac. ſanc. ecc. eodẽ modo filius: licet ſit hæres eius, ſi contrariũ nõ ratificauit, ita loquit̃ d. l. j. de bo. maternis. Nec obſt. ad primum dictũ q nõ
a põt quis venire cõtra factũ ſuum ᵃ etiã ex perſona alterius. vt in l. ſi non fortẽ. §. filius. ff. de condi. inde. quia verũ eſt ad cõmodũ ſuũ ita loquit̃ ibi, ſed hic ad cõmodũ filij nec etiã obſt. ad ſecũdũ q licet vendiderit rẽ tanquã filij & eius nomine, tñ ſuo proprio nõie tenet̃. vt in l. fi. & ſi is. j. de prædijs mi. & in l. ſeruũ. ff. mãda. quæ obligatio deſcendit in ipſum tanquã in hæredem ergo non põt venire contra l. vendicantẽ. ff. de euict. qa reſpondet̃ per ea
6 quæ plenè not. in l. ij. j. ſi quis in frau. pa. † Itẽ quærit gl. quid ſi filius non eſt hæres patris, vel matris niſi in ſua legitima: an prohibeatur venire contra venditionem rei ſuæ: ſuper hoc diſtingue. Aut fuit inſtitutus in re certa pro ſua legitima, & ſufficit vt valeat teſtamentũ: & habeat̃ pro hærede vniuerſali quantũ ad hoc iuxta not. in l. ſi quis priore. ff. ad treb. & tũc cũ quantũ ad alia loco legatarij habeatur: ſicut non cogitur ſuſcipere actiones creditorum ex perſona parentis. vt in l. quoties. j. de hære. inſti. ita nec ex eorum perſona poſſet repelli per excep. ſi venit cõtra factum eorũ. Item ſi fuit inſtitutus in tertia parte bonorũ pro ſua legitima: quia intelligitur deducto ære alieno. vt in l. ſi quis ſeruum. §. fi. ff. de leg. ij. vnde ſicut actiones creditorum non darẽtur contra eum: ſed contra inſtitutum vniuerſalem ita nec exceptio ſibi poteſt opponi ex perſona parentũ per eandem rationẽ. & idẽ ſi fuiſſet inſtitutus ſimpliciter in ſua legitima: qa legitima eſt tertia pars bonorum deducto ære alieno: non autem eſt tertia pars hæreditatis in qua cõputatur æs alienũ. vt l. Papi. §. quoniam autẽ quarta. ff. de inoffic. teſt. iuncta l. ſi quis ſeruum. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de leg. ij. Si verò fuit inſtitutus in tertia parte hæreditatis pro ſua legitima, quo caſu continetur æs alienum: ſic vt creditoribus darentur actiones cõtra eũ pro tertia parte ex perſona defuncti. ita & ſi ex pſona ſua agit volens contractum defuncti retractare, dabitur exceptio contra eum ex perſona defuncti cuius eſt heres. Nec ob. q legitima debet̃ ſine aliquo onere. vt l. quoniam in prioribus. ſ. de inoffi. teſta. quia verum eſt de onere legatorum q pater vel mater imponere nõ poteſt in vltima voluntate non ſic in onere creditorum: quia pater bene poterat contrahere debita in præiudiciũ legitimæ filij. & ſi tot contraxit q totam hæreditatẽ abſorbẽt, nulla legitima debetur: cùm debeatur (vt dixi) deducto ære alieno. i. de eo quod ſupereſt deductis debitis. & hic nihil ſupereſt. ita vult gl. hic ſed alia gl. quæ eſt in l. fi. §. in computatione. j. de iure delib. in glo. mag. vult q ſi fecit inuentarium, nõ patiatur exceptionem: quia nõ cẽſetur habere aliquod lucrũ ſi non habet vltra legitimam: ſed legitima debetur ſine onere. Doc. approbant illam gl. & reprobant iſtam: tñ vtraq; põt ſuſtineri in diuerſis caſibus. quos dic vt ibi no. & ibi plenè dixi: quia eſt difficilis illa glo. dicit tamen hic glo. q ſi reperiat ſe habere minus quã ſit legitima, repulſus per exceptionẽ habebit regreſſum contra cohæredem ad ſupplementum legitimæ. arg. in l. ſancimus. circa prin. ſ. de inoffi. teſta. quòd qualiter poſsit contingere difficile eſt cogitare & iſte eſt ſubtilis paſſus qui melius examinatur in dicto §. in computatione.

a ¶ Venire contra factũ ſuũ. Adde l. poſt mortẽ. ff. de adop. gl. in c. certẽ. xij. q. j. doc. in c. noſti. de ele. glo. & Ant. de but. in c. diuerſis fallacijs. de cle. coniug.

2 ☞ *Si idem beneficium fuit duobus collatum diuerſis temporibus: quis præferatur?*
3 *Quid in duobus ementibus à non domino?*
4 *Rex ſi habeat filium naturalem ex concubina, & poſtea acquirat legitimum & naturalem, deinde legitimet filium naturalem, ad quem pertinebit regnum? dic quòd ad ſecundò natum.*
5 *Si quis vendit rem ſuam, tenetur emptori tradere ſua inſtrumenta, & iura quæ habet de ipſa re.*

## LEX XXV.

1 QVoties. † Ex duobus habẽtibus cauſam emptionis vel donationis ab eodẽ diuerſis temporibus ſuper eadem re, ille præfertur in dominio cui primò res fuit tradita: licet inſtrumenta tradita nõ fuerint non autem ille cui prius fuit vendita, vel donata ſi tradita non fuit: ſed ſecundo ementi, vel donatario. Item ſi emptori res euincitur per alium ex iure quod habuit à vẽditore licet potuerit ipſum repellere: ſi tamẽ non repulit, habet regreſſum de euic. contra venditorem: qui non poteſt ſibi imputare culpam quare illum non repulit, cum dederit cauſam agendi. Item in viuris pretij, quod repetere poteſt: & etiã in ſumptibus factis in re debent computari fructus quos ex illa re percœpit. h. d. in effectu iſta lex not. loquitur tamẽ hic in eo cui prius fuit vendita, & etiã tradita: licet inſtrumenta tradita nõ fuerint qui præfertur ſecundo emptori: non ex eo q ipſe prius emerit: ſed ex eo quòd ſibi prius tradita fuit, nam ex ſola emptione non acquiſiuiſſet dominium. vt eo. tit. l. pe. ideo potuiſſet venditor ſecundo emptori tradendo trãsferre in eum: & ſic eſſet potior in dominio quã prior emptor: ecce caſum. In tex. ibi. [diſtrahitur.] ſupple diuerſis temporibus: quo caſu cuilibet cenſetur inſolidum vendita. Si autem eodẽ tempore ſimul, cenſeretur cuilibet vendita pro parte. vt in
2 ſimili. ff. de pig. l. ſi fundus. §. ſi duo. & l. ſi debitor. † In text. ibi. [priori traditum eſt.] ſupple etiam ſi ſecundo loco emerit et hoc niſi prior emptor ſit priuilegiatus, vt in eũ tranſierit dominium ſine traditione. vt in eccleſia prius emente. vt ſ. de ſac. ſanc. ecc. l. fi. Item loquitur hic in contractibus, ex quibus non conſtituitur ius in re ſine traditione: ſecus ſi cõſtituitur ex ſolo titu. vt in pluribus quibus diuerſis temporibus fuiſſet res hypothecata, & q ſola conuentione ſine traditione cõſtituitur ius in re. vt in l. j. ff. de pig. act. ideo ille præfertur cui prius fuit obligata. licet ſecundo fuerit tradita. vt in c. qui prior eſt tempore potior eſt iure. de reg. iur. & l. potior. & l. ſi balneum. ff. qui potiores in pig. habeantur ſimiliter in duobus quibus idem beneficium eccleſiaſticum fuiſſet diuerſis temporibus collatum. nam præfertur primus: licet ſecundus prius habuerit poſ. qa primò fuit quæſitũ ſine acq
3 ſitiõe poſ. vt in c. ſi tibi. de reſcri. li. vj. cũ multis ſimilibus. † Quid

a ¶De rege habēte fi-
liū naturalem. Add
Bar. in l. cū decē. in §.
ſi. ff. de ſo. lo. and. in
regula ſine culpa. de
reg. iu. li. vj. in mer-
cu. Abb. cōſ. lxxxv.
inci. vt primò dictā
donationē. in j. vol.
b ¶Aedificiū cedit ſo
lo. Adde l. adeò. in §.
cū i ſuo. ff. de acqui.
re. do. Spec. ti. de ēp.
& vē. i §. tertio loco.
ver. qd ſi clericus.

autem in pluribus ementibus à non domi-
no. & ſic à quaſi domino? Reſpōdeo ſi ab
eodem non domino, idem ꝙ hic. vt in pu-
bliciana præferatur ille cui fuit prius res
tradita. nec requiritur ꝙ ille ſoluerit pretiū.
vt l. de prætia. ff. de publicia. licet ſecus ſit
in dominio acquirendo. quando emerunt
ab eodem domino: quia non præfertur ille
cui prius fuit tradita: niſi prætium ſoluerit,
vt hic vel non habita fuerit fides de pretio
vt inſti. de acqui. re. do. §. venditæ. & ſic fa
cilius acquiritur quaſi do. ex publiciana
quam do. ex rei ven. vt ex prædictis patet
Si autem emerunt à diuerſis non dominis. pręfertur ille q poſſi-
det. vt hæc habentur in l. qui autem §. ſi. cum l. ſeq. ff. de publicia
na. & ibi vide plenam gl. hoc tamen verū ſecūdū Odof. & Bal.
quando poſſeſſor ante litem ſibi motam in publiciana titulū ac-
quiſiuerat. Si verò poſt litem motam, præſumitur in fraudem ac
quiſiuiſſe: nec ſibi prodeſt. ꝙ perpetuò tene menti. & illud etiā
fuit no. in l. cogi. s. ti. j. vbi doc. formant iſtam q. quæ fuit diſputa
ta ſi poſt litem motam in peti. hære. poſ. acquiſiuit ti. an excludat
4 agentem ꝙ dic vt ibi dixi. †Et iſtum tex. inducit Iac. bu. ad q. de
a rege habente filium naturalem ' ex concubina, & poſtea acqui
rente legitimum & naturalem: deinde legitimante filium natu-
ralem, ad quem pertinebit regnum: an ad primò natum ſecūdò
legitimatum: an ad ſecundò natum: ſed promò legitimum. & di
cit qđ ad ſecundò natum. quia prius habuit iura legitima. ſicut
hic ſecundus emptor præfertur primo, ſi prius fuit res ſibi tradi
ta; quia prius acquiſiuit do. In tex. ibi. [te poſſeſſionem emiſſe:]
ſupple & traditam fuiſſe. vt conueniat ſuperiori text. dum dicit
[cui priori traditum eſt.] In tex. ibi. [probaueris:] ſed mirum eſt
ꝙ teneatur probare rem ipſi prius fuiſſe traditam: ſi iam erat in
poſ. & oſtendebat prius emiſſe: quia ex his duobus videtur præ
ſumi. ſ. ꝙ prius ſibi fuit tradita: poteſt dici ꝙ hoc ipſo probetur
niſi fortè adſint coniecturæ in contrarium: puta ꝙ alius emptor
aliquando poſſedit. & adde hic ꝙ habetur in l. j. de iure fiſ. infra
& ꝙ ibi per Bar. In tex. ibi. [inſtrumētorum.] poteſt intelligi de
5 inſtrumētis emptionalibus quæ habebat vēditor. & ſic not. †ꝙ
ſi quis vendit rem ſuam, tenetur emptori tradere ſua inſtrumen
ta, & iura quæ habet de ipſa re. de hoc. ff. de act. emp. l. Lucius. fa
cit. infra de fideicō. l. inſtrumenta. vbi videtur probari cōtra. dic
vt ibi. In tex. ibi. [Erit ſanè in arbitrio tuo:] ſ. ſi nō curas retinere
prædium emptum. dummodo rehabeas prætium ꝙ ſoluiſti. ſi-
cut enim ſi ipſe venditor moueret litem emptori ſuper re vendi
ta ex cauſa & iure de nouo ſuperueniēte ſibi: poſſet emptor vel
ipſum repellere, vel ſi non vult repellere, permittere ſe vinci &
agere de euic. contra eundē: qui non pōt ſibi imputare: quia me
non repuliſti. vt in l. vendicantem. cum ll. ſequētibus. ff. de euic.
ita & ſi mota fuit lis per alienū habēte cām ab eodē vēditore. &
ex iure habito ab eodē vēditore. vt in hoc tex. cū gl. vt nō poſſit
imputari quare illū nō repuliſti: cum poſſes. Or ſufficiūt iſta. In
gl. j. per officium iudicis. tene primam: quia magis notabilis.

## LEX. XVI.

1 SI in area. †Quod in cōi ædificaē, cōe efficiē: ſed
ædificanti bona fide debēt expēſę reſti
tui. h. d. Bar. In tex. ibi. [aliqs:] puta vnus de ſocijs: vel
alius extraneus. In tex. ibi. [iuris facit.] rō: qa ædificiū
b cedit ſolo: ideo ſi ſolum eſt vnius tātū, illius ſolius eſt ædificiū
vt s. eo. l. ij. & ſi erat cōe inter duos: ſimiliter & ædificiū cōe erit.
In tex. ibi. [ſumptus offerre debet.] ſ. pro parte contingēte, ſi ſuit
tertius qui ędificauit: nec cogeris ſoluere ſibi integrū ſumptum
ſi vendicas partem ædificij ſecūdum Pet. & Cyn.

*2 Si uis emere fundum meum à titio poſſeſſore: & ego tibi proteſtor q. non emas: quia non eſt illius: licet non dicam q. ſit meus, ſi poſtea probo quod erat meus, conſtitui te in mala fide.*

*3 Si denuntiatio non fuit facta à domino. ſed à quodam tertio, an conſtituat emptorem in mala fide?*

## LEX. XVII.

1 SI fundum. †Denūtiatio facta antequā quis in
cipiat poſſidere; vel antequam acq
rat, facit quē eſſe malęfidei: & teneri de oībus fructib'
2 ꝑceptis. h. d. ecce caſum. † In tex. ibi. ꝙ diſtrahētis non
fuerit.] No. ſingulariter ꝙ ſi ſis emere fundū meū à Titio poſſeſ
ſore: & ego tibi proteſtator ꝙ non emas, quia non eſt illius: licet
non dicam ꝙ ſit meus: ſi poſtea probo ꝙ erat meus, conſtitui te
in mala fide: & multò fortius ſi aſſerui illum eſſe meū. Videbaē
contrà: quia nō debebas mihi credere ſi alio modo tibi nō oſtē
debam ꝙ eſſet meus vt ff. depoſi. l. ſi quis inficiatus. poteras pro
babiliter credere ꝙ eſſet illius, poſtꝗ poſſidebat: ſed certè cum
illa denūtiatio fuerit facta re integra anteꝗ acquireretur res, de
bebas mihi credere: & perquirere veritatem quia de facili pote
ras abſtinere ab emendo. poſtquam autē emiſſes, per ſimplicem
denuntiationem extraiudicialem nō conſtituerā te in mala fide
ſi non oſtenderem me eſſe dñm. vt in d. l. ſi quis inficiatus. vel ſi
ſi facerem proteſtationem cum authoritate iudicis. per ea quæ
no. per Bar. in l. nō ſolū. §. ſi. de ope. no. nun. vel dic adhuc nō ſuf
ficere hoc, niſi interuenerit lit. cōteſt. & tunc cōſtitueris in mala
fide ficta. ꝙ eſt vt tenearis tunc ad omnes fructus etiam cōſum-
ptos, vel percipiendos. & hoc in rei ven. ſed in pet. hę. per ſolam
motionē controuerſiæ quę ſit extra iudiciū. cōſtituitur quis in
mala fide: & res efficitur litigioſa. vt l. diuus. & l. itē veniūt. § po
tiā. ff. de pet. hæ. & s. ti. j. l. ij. in prin. †Sed quæro hic. quid ſi iſta 5
denuntiatio non fuit facta à dño à quodam tertio: an conſtituat
emptorem in mala fide quātum ad vtilitatē dñij? Rñdeo nō: qꝛ
nō habebat ius denuntiādi. vt j. de reſcin. vēdi. l. ſi maior. & ſ. de
mino. l. tutor vrgētibus. in pri. In tex. ibi. [mala fide percepiſſe.]
ſub. etiā ſi ſint cōſumpti. & ex eis nō ſit effectus locupletior: ſi
etiā bōęfidei poſ. teneretē videlicet rei vēd. ſi extarēt: vel ſi eſſēt
cōſumpti. et eſſet locupletior cōditiōe ſine cauſa. iuxtà no. plenè
per. Cy. j. eo. l. certū. hic ergo de conſump. tantū. & ex quibus nō
erat locupletior, erat dubiū: quia ille ſe excuſabat ꝙ ſimplici de
nuntiatori nō tenebaē credere: & ſic dicebat ſe ſemper fuiſſe bo
næfidei poſſeſſorē: ſed certè reputaē malæfidei fictiōe iuris: quā
tūcūꝗ remāſerit in bonafide. erat etiā quæſtio de fructibus nō
perceptis, qui tñ percipi potuerūt. ad quos teneē malæfidei poſ.
tamē hic dicitur cōtra. à contrario ſenſu. dū dicit [percepiſſe:] vt
ad illos tātū quos percepit teneatur: quia à percipiēdis excuſat
propter ti. & ad hoc ſemper allegaē iſte tex. cū gl. quæ dicit hoc
fallere in quibuſdam caſibus: ſed aduerte. aut poſt denuntiatio-
nem fuit effectus verè malæfidei: quia ſciuit rem ad vēditorem
non pertinere. & tunc ti. non excuſat à percipiendis: quia reputa
tur prædo. vt l. ſed & ſi lege. §. de eo. ff. de pet. hær. licet gl. ibi vi
deaē ſentire cōtrariū. quæ videē contra illū tex. ſi verò nō appa
ret ꝙ fuerit factus verè malæfidei: licet per denūtiationē factā
prin. cōſtituaē in malęfide facta, vel per lit. cōteſt. factā ex poſt
facto, nihilominus tit. excuſat à percipiendis. ita poteſt intelligi
iſte tex. cū gl. & etiam illa quæ eſt in d. §. de eo. ſicut etiā excuſat
à faſiſitate rei, vt non teneatur de interitu ſi iuſtam habuit cām
litigandi, vel retinēdi. vt in l. illud. ff. de pe. hæ. ſicut etiā operaē
titulus vt nō obſtante malafide ficta efficiaē dñs fructuū perce
ptorū quouſꝗ res ſit ſibi euicta. vt. ff. de vſu. l. qui ſcit. §. pe. & ſi
licet teneatur eos reſtituere: niſi ſint percepti ex re ſua. vt in l. pręe
terea. ff. eo. ti. & ſi dicaē quid prodeſt ꝙ efficiatur dñs, ſi tenetur
eos reſtituere. Rñdeo: qa pōt eos alienare, & emptor nō poteſt
moleſtari ſuper eis ab illo qui eſt dñs rei. vt no. per Io. an. in cō
ſultationibus. de iure patro. Tene mēti prædicta. quæ declarant
iſtam l. cum gl. malè declarata. Et prædicta in actione reali ſiue
rò cōueniatur quis act. perſonali ex propria obligatione ſiue ſit
bonæfidei obligatio: ſiue ſtricti iuris, nō excuſatur à percipien-
dis quin teneatur primo caſu à tempore moræ. & ſecundo caſu
à tēpore lit. cōteſt. propter ti. quē habet in re. vt no. per Bar. ff. de
vſuris. l. in fideicommiſſi. in princi. & l. cum fundus. in princip. ff.
ſi cert. peta.

*2 Si patior aliquem uendere rem meam tanquam ſuam, an mihi preiudicet*
*3 Si filius ex hæredatus præſtat patrocinium hæredi: an perdat querelam?*

## LEX. XVIII.

1 REtua. †Si dominus aliquid facit in re ſua tāquā
in aliena per errorem iuris non præiudicat
ſibi in proprietate. hoc dicit. Gloſſ. ponit exemplum
pluribus modis. & ſpecialiter. per l. inter officium. ff.
qñ pręſtat patrociniū ꝑ aliquo illā vēdicātē tāꝗ ſuā, vel defendē
te tanꝗ ſuam, cū nō eſſet: ſederat ipſius aduocati, tñ ignorabat.
Pone exēplū ſi fuit Iudex, & dedi ſniam ꝑ vēdicante: adhuc ſi
bi non pr...

h nõ præiudicat quod dic. vt in c.inter dilectos. de fide inſtru.
& ibi tangitur per Inn.& Io.an.in nouella. Sed quæritur quid ſi
ſciebat rem eſſe ſuā: gl.in d.l.inter officiū videt̃ dicere idẽ per ra
tionẽ: q ſciebat ius ſuum ita durare vbiq; & idẽ ſentit hic in fi.
quia iſta ratio non põt referri niſi ad caſum qñ ſciuit ſed certè l.
quã allegat, l.ſicut.§.non videtur.qui.mo.pig.vel hy. ſol. loquit̃
in eo q ſciuit, & paſſus eſt: nihil tñ fecit ex quo poſsit de ſuo cõ-
ſenſu apparere.vñ potius præſumitur cõtradicere.per l.qui vas.
§.vetare.ff.de fur.vnde ſi patior aliquẽ vendicare ab alio rẽ meã
tanquã ſuã, nõ præiudicio mihi ſi pronuntiet̃ pro eo ſi non vẽdi
cauit ex iure qđ habuit à me, vel ego ab ipſo.ff.de re iud.l.ſæpe.
3 §.fi.†Et ſimiliter ſi patior aliquẽ vendere rem meam tanquã ſuã
cũ poſsit hoc facere etiam me inuito quó ad ſui præiudicium,
mihi non præiudico: licet ſecus ſi me inuito nõ poterat facere.vt
ſi eam obligauit: quia non poteſt conſtituere in re ius ſine meo
conſenſu.vt hr̃.in l.Caius.ff.de pig.act.in text.& glo. nos aũt lo
quimur in eo qui nõ ſolũ paſſus eſt: ſed etiã aliquid fecit ex quo
colligitur conſenſus: quia præſtitit aduocatis, vel dedit licẽtiam
vnde ſicut ſi venderes rem meam, & ego apponerẽ in ſubſcri-
ptione ſigillũ meum ex certa ſciẽtia viderer cõſentire: & ſic præ
iudicarem mihi in dñio ita & in d.caſu. Breuiter ſimplex cõſen-
ſus præſitus in actu nõ ordinato ad trãslationẽ dñij: ſed ad de-
clarationẽ non præiudicaret in dñio: ſicut nec ſimplex cõfeſsio,
ſi confiterer rem meã eſſe tuã, quominus poſſem probare cõtra.
vt in l.cũ falſa.de fur.& fac.igno.s.dico ergo q præſtando patro
cinium, vel dando licentiã viderer fateri rem eſſe tuam, & iſta
confeſsio præiudicat mihi quouſq; probẽ contra nõ tñ ex cauſa
dñiam perdẽdi, & in te transferendi.vt no.in d.c.cũ falſa. graua
bitur tñ conditio mea mihi in probando, cum habeas cõtra me
confeſsionẽ tacitam, vel expreſſam: vt requirant̃ teſtes omni ex
ceptione maiores: & ſic licet frater nõ repellat̃ à teſtificãdo pro
fratre iuxta no.in l.qui teſtõ.ff.de teſt. quia tñ nõ eſt omni exce-
ptione maior, nõ ſufficerent duo fratres teſtificando pro me: ſed
requiruntur alia indicia.vt alius teſtis. Non ſic ſi nõ haberẽ con
tra me confeſsionẽ: ſed qñ ordinatur ad translationẽ dominij.vt
ſi conſentio q vendas rem meã tanquã tuã: præiudico mihi in
5 dominio.vt s.e.l.mater.ver.ſi aũt poſtea.† In gl.j.ibi.[ſed dices.]
iunge ambas illas ſolutiones: ſi filius exhæredatus præſtat patro
cinii hæredi: aut per errorẽ: q a neſciebat ſe eſſe exhæredatũ: ſed
credebat ſibi legitimã relictam: & tunc nõ perdit querelam.arg.
aut ſciebat: & tunc perdit.vt in d.l.fi.& hoc ideo querelæ nõ
tamen ſic perdit dominiũ qui præſtat patrocinium: ſed aggrauat
ſuam conditionem in probando. vt s.dixi. per hoc eſt differẽtia
inter iſtos caſus.

1 *Si pro aliqua re tanquam emphyteutica ſolui tibi penſionẽ per longum tempus, & non poſſum probare q eam mihi conceſſeris, & tu hoc negas, an præſumatur facta conceſſio: & nu.3.*
3 *Quid in feudatario?*
4 *Fama publica, an ſufficiat ad probandum dominium.*

LEX XIX.

1 INdicia. †Non ſolũ per teſtes, vel inſtrumẽta põt
quis probare dñiũ: ſed etiã p indicia, &
præſumptiones à iure approbatas.h.d.Cyn. ponit duo
exempla primò ſi quandam rem emi à dño: & hoc poſ
ſum probare quod aut mihi dñs tradiderit: & ſic dñium trãſtule
rit.vt s.eo.l.quoties.aut non poſſum probare p teſtes, vel inſtru
menta: ſed probo per indicia: quia ipſo ſciente & patiente fui in
poſ.rei.nam ex hoc colligit̃ propter ti.præcedentẽ quod de con-
ſenſu venditoris, & ipſe teneret̃ tradere, & poſſet ad hoc cõpelli
vnde ſciẽtia & patiẽtia pro cõſenſu & traditione habetur. vt in
l.ij.§.j.de acqui.poſ.& l.quædã mulier.cum ibi no.ff.e.ti.per quas
2 l.iſtud indiciũ approbatur: ideo ſufficit.† Itẽ ponit aliud exẽplũ
ſi pro aliqua re tanquã emphyteutica ſolui tibi penſionẽ per lon
gum tempus, nõ poſſum probare q eam mihi conceſſeris: tu ne-
gas mihi conceſsiſſe: & ſic me agentẽ vtili rei ven. vis repellere
certe nõ potes: quia probando tanto tẽpore me tibi ſoluiſſe tan-
quã emphyteutã.probo iure præſum.eam à te habuiſſe iure em-
phyteutico ſicut econuerſo ſi negarẽ à te habuiſſe: & nollem am
plius ſoluere: niſi probes te dñm directũ, probando me ſoluiſſe
per longum tempus, quod ſufficit ad probationem directi iuris
præſumptione.per l.litibus.j.de agri.& cenſi. lib.xj. quod etiam
3 no.Cy.in l.competit.in fi.de præſcri.xxx.ann. † Sed opp.contra
primũ q non ſufficiat mihi ſoluiſſe per decennium ad proban-
dum conceſsionem tuã ſed debeam probare de xxx.anno.vt in
c.ſi quis per xxx.ann.ſi de feudo fuerit cõtrouerſia. Sol. & tene
menti. Aut ego allego conceſsionẽ factã per te.& ſic induco ſol.
decẽnalẽ ad probandũ huiuſmodi tit.& tũc ſufficit vt dixi. Aut
ego fateor te nõ conceſsiſſe: ſed dico me pręſcripſiſſe ius emphy
teuticum bonafide: quia credebã conceſsionẽ factã fuiſſe alicui
anteceſſori meo, & reperio q nõ fuit facta & ſic induco ſol. nõ
ad probationẽ ti.ſed ad acquiſitionẽ vtilis dñij, & tũc nõ ſufficit
ſo.per longũ tempus: ſed requiruntur xxx. an. quod iſtud quaſi
poſſederim ſine ti.& ſic nõ ſufficit longũ tempus.vt j.eo.l.nullo.
Tene menti quia iſtud eſt ſubtile. Et ſic patet ſi aliquis tanquã
feudatarius ſoluit multo tempore eccleſiæ tanquã dñæ: an per
hoc probetur feudũ ſi eccleſia cõtradicit: his diebus habui con-
ſulere & quantũ tempus requirat̃: & prædicta diſtinctio probat̃
per glo.q̃ eſt in l.ſeruitutes.la grãde.ff.de ſerui.ti.generali.& per
ea quæ no.doc.in l.cũ de in rem verſo.ff.de vſur. & extrà de cen
4 ſibus c.peruenit.† Sed quærit̃ an fama publica ſufficiat ad pba.
dominij dicunt quidã q ſic qñ do.allegat̃ de longiſsimo tẽpore:
aliàs ſecus de hoc no.j.de proba.l.proprietatis.& in l.atqui natu
ra.§.cũ me abſente.ff.de neg.geſt.per gl.& Bar.& s.eo.tit.l.cum
ſuper.per Bald.

2 *Si tu tenes & poſsides caſtrum uel uaſallos ad me pertinẽtes, non debeo conuenire iſtos uaſallos qui non faciunt mihi controuerſiam de iure meo: ſed te qui eam facis, & eos detines inuitos. & quid ſi uolentes?*

LEX XX.

1 NOn ſeruum. †Rem meã quã poſsidet ſeruus
tuus debeo vẽdicare à te qui vi-
deris poſsidere, nõ ab eo qui nec poſsidet, nec detinet
2 nec põt eſſe in iudicio.h.d. Et per hãc l. patet † q ſi tu
tenes & poſsides caſtrũ vel vaſallos ad me pertinentes: non de-
beo conuenire iſtos vaſallos qui non faciũt mihi cõtrouerſiam
de iure meo: ſed te qui eam facis, & eos detines: & hoc etiam no.
in c.auditis.de pręſcrip.et hoc ſi detines eos inuitos: ſi aũt volen
tes, & ſponte, etiam ipſi poſſunt cõueniri: tãquam faciãt contro-
uerſiam vt in ſimili videmus in eo qui detinet filiũ meum quia
diſtinguitur an inuitum, vel volentem quod dic vt plenè not. in
l.j.§.per hanc.in glo.mag.ff.eo.tit.

LEX XXI.

1 APoſsidentibus. † Contra nõ reſtituentem
rem ad mandatum iudicis
per ſententiã diffinitiuam datur actori iuramentũ in li
tem ad probandam æſtimationẽ, q̃ poterit ab eo peti.
h.d. Datur etiam aliud auxiliũ manus militaris: quia ſi res apud
eum, poteſt ſibi auferri: & tradi actori.vt l. qui reſtituere.ff.e. Itẽ
ſi dolo deſijt poſsidere, agitur contra eum vtili rei vendi.in qua
condemnatur ad intereſſe.vt l.parẽ.de reg.iur.

2 *Malæfidei poſſeſſor, de quibus fructibus teneatur?*
3 *Si poſt litem conteſtatam fuit inſtantia perempta: & ſic ex ea non fuit ſecuta ſententia, poſtea iterum actum fuit, & ſecuta eſt ſententia pro actore, ex quo tempore ueniunt omnes fructus?*

LEX XXII.

1 CErtum eſt. †Lex iſta cõtinet tria dicta. Primũ
loquit̃ in poſſeſſore q ſemper fuit
malæfidei. Secundũ in eo qui ſemper fuit bonæfidei.
Tertiũ in eo qui à principio fuit bonęfidei: ſed ex poſt
facto p lit.cõte.eſt effectus malæfidei: ſaltẽ fictẽ in quo poſtquã
eſt effectus malæfidei, vel ab illo tẽpore citra, idem eſt qđ in pri
mo: ſed ab illo tẽpore videtur idẽ quod in ſecundo, ecce caſum:
& aduerte aures ad me. Primũ debet intelligi dũ dicit [oẽs fru-
ctus.] ſ.tam naturales, in quibus percipiẽdis modica vertit̃ indu
ſtria: vt ſunt poma: quidã etiã induſtriales, in quibus vertit̃ ma-
gna induſtria: vt ſunt ſegetes, vl' vinũ iſtos debet reſtituere dedu
ctis impenſis factis gratia fructuũ quærẽdorũ: cũ fructus ſem-
per dicant̃ deductis talibus impẽſis.vt l.fructus.ff.ſo.ma.& l.ſi à
patre.in fi.de pe.hæ. & ſic deducet pretiũ operarũ ſuarũ, & etiã
pretiũ operarũ animalium ſuorum: ſi cũ bobus ſuis acquiſiuit.
vt in l.præterea.ff.eo.facit l.fundus.ff fa.er. Item non ſolũ perce
ptos: ſed qui percipi potuerunt.vt s.eo.l.domũ.& ff.e.l. ſi nauis.
Item perceptos non ſolũ extantes: ſed etiam conſumptos. Itẽ cõ
ſumptos non ſolũ ex quibus effectus eſt locupletior ſed etiã ex
quibus non eſt effectus & imputet ſibi cur tenuit rẽ quã ſciebat

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

a ¶Preſcriptio lōgi tē poris:ſ.x.ann.Adde ꝙ ꝑſcriptio decēnalis inducta per ſtatutū ſuccedit loco preſcriptiōis.xxx.ann. vide ꝑ Bar.in l.fi.C. de tēp.in integ. reſt. Bal.in l.in cōtractibꝰ.in prin. C.de nō nu.pe.Abb.i c.illud in iij.co.de ꝑſcri.ſed Io.de imo.in d.c. illud.tenet contrariū.

b ¶Poſt lit.cōte.Addē gl.I auth. offeraſ. C. de lit.cōte.Sali. in. l. ꝑrima.in iij.not.C. de præſcri.lō.temp.

ad ſe non pertinere.Secundū dictū dn̄ dixit[extātes.]ſub.tantum:non autē cōſumptos.niſi ex eis ſit effectus locupletior: qa eos lucratur propter culturam & curā bonæfidei poſ.nō illos ex quibus eſt effectus locupletior.vt inſti.de acquir.re.do.§. ſi qs à non domino. Item non tenetur de nouo percep.quos tamen percipere potuit: quia cum poſsideret rem tanquam ſuam, nō eſt imputandū cur eam neglexit:ſecus ſi ſciebat alienam. Aduertendum tn̄ ꝙ extantes fructus ſi erant naturales,poſſunt vendicari:quia non efficitur bonæfidei poſ. dominus illorum.vt l.herennius.ff.de vſu. ſed ſi erant induſtriales poſſunt condici:quia ꝑpter bonam fi.cum ti.tn̄ effectus eſt dominus illorum.vt in l.qui ſcit.§.pe.& fi.ff.de vſur.licet teneatur eos reſtituere.in quo cōſiſtit vtilitas.dixi.ſ.eo.l.ſi fundū. Diſtinguit an poſt litem.cōteſt.fuerit effectus malæfidei poſ.verè vel fictè. & hoc ſecūdo an habuit ti.vel nō.ꝙ dic.vt ſ.eo.l.ſi fundū,dic vt hic not..per Cyn.qui examinauit illam materiam quam glo.po-
2 ſuit in l.ex diuerſo.ff.eo.& ibi plenius per Bart.† Quæro quid ſi poſt lit.conteſt.fuit inſtantia perempta:& ſic ex ea non fuit ſecuta ſententia:poſtea iterum actum fuit,& ſecuta eſt ſententia pro actore:ex quo tempore veniunt omnes fructus:an à die primæ conteſt.vel ſecundæ:vide per Bar.ff.de iu.fiſ.l.fiſcus in quæſti. teſtamenti.

## LEX. XXIII.

1 SImancipium.† Vendicans rem ſuam tenetur poſſeſſori offerre pretium quod alteri ſolui.h.d.niſi fuerit cōuerſum in ſuam vtilitatem.vt l.emptor.ff.eodē.de hoc non ſ.quod metus cauſa.l.iij.in gloſſ.

*1 ☞ Præſcriptio longi temporis quantum tempus requirat,& an procedat cum mala fide:& an etiam requirat titulū:& quid in præſcriptione longiſſimi temporis?*

## LEX. XXIIII.

1 NVllo iuſto.† Præſcriptio longi temporis ſine ti. habili ad tranſlationē dominij procedere non poteſt.h.d.Intelligetit.vero,vel putatiuo interueniente facti errore:non iuris.nam ille putatiuus ſufficit.vt in l.non ſolum.§.quod vulgo.ff.de vſuca.& tit. pro emptore,putatiuus debet eſſe iuſtiſſimus propter frequen-
2 tiam:ſed in alijs ti.putatiuis ſufficit ꝙ ſint iuſti.vt in d.l.ij.† diciṫ
a autem præſcriptio longi temporis.ſ.x.an. inter pręſentes.& xx. inter abſentes:requiritur etiam bonafides.ſaltē à principio de iure ciui.ſed de iure canonico requiritur quod adſit toto tempore præſcrip.& ſuperueniens malafides interrumperet eam de iure canonico.vt in regula poſſeſſor malefi.de reg.iur.li.vj.de iure ciuili ſecus:vel in l.j.j.de vſuca.transfor.ſed in præſcri. longiſſimi temporis:nec ti.requiritur.de iure ciuili,nec bonafides:cum curat ſolum propter negligentiam non petentis.vt l.ſicut.de præſcri.xxx.an.de iure autē ca.requiritur bonafides:an aūt requiraṫ ti.diſtinguiṫ an contra præſcribentē faciat ius cōe , vel non faciat.ꝙ dic vt in c.ij.de præſcri.li.vj. In tex.ibi.[idcirco:] iſte dubitabat ne ſibi opponeretur exce.præſcri.vnde dicebatur ſibi ꝑ aliquos quòd habebat neceſſe petere reſtitui in inte.propter cauſam abſentiæ:quia ſteterat in captiuitate hoſtium per.x.vel. xx. annos ex ti.qui.ex cau.ma.qua reſtitutione conceſſa & reſciſſa vſuc.vel præſcri.intentabit vtilem rei ven.quæ dicitur reſciſſoria.de qua in l.fi.ſ.ex qui.cau.cau.ma.imperator dicit ꝙ non habet neceſſe ad iſta deuenire:quia poſtquam aduerſarius non habuit tit.non potuit præſcribere longo tempore:& ſic non eſt neceſſe impetrare reſti.ad reſcindendum vſuc.vel præſcri. qa qđ nō eſt reſcindi non poteſt.vt in l.nā & ſi ſub condi.§.fi.ff. de inju.teſtamento.nec perdit do.directum.& ſic habet directam rei vend.vnde non habet neceſſe recurrere ad vtilem reſciſſoriam.

*2 ☞ Si res mea fuit in æſtimo tuo,& pro eo ſoluiſti onera publica etiam per longum tēpus:non præiudicantur mihi in dominio:& ſolutio illa mihi prodeſt.& quid ſi ſoluiſti me ſciente & patiente?*
*Soluens ei à quo habeo rem in emphyteuſim uel feudum,facit ut res non incidat in commiſſum.*
*3 Si unus ex pluribus fratribus faciat aliquas emptiones & inſtrumenta cantare in ſuam tantum perſonam,& res emptæ fuerunt poſitæ ad æſtimum commune omnium, præſumuntur communes.*
*4 Si poſſides rem feudalem ad me pertinentem,& ſoluis ſuperiori:licet ego non petierim inueſtituras quando oportuit petere,quia dominus ſuperior ſit renouatus, non tamē perdo feudum:nec reuertitur ad dominum propter non petitam inueſtituram.*

## LEX. XXV.

1 SOlennibus.† Soluens onera communis pro re aliena tanquam ſua per hoc non acquirit dominium ſi alius titu.non interueniens inter ſe & do.h.d.& ſemper allegatur.In tex.ibi.[non interueniente vendi.]& tunc habant vim traditionibus patientia ꝙ ille ſoluat pro ea.& ſic acquireret do.ex tit. præce. vt infra
2 de dona.l.quiſquis.† No.ergo ꝙ ſi res mea fuit in æſtimo tuo:& pro eo ſoluiſti onera publica etiam per lōgū tempus , nō præiudicaret mihi in dominio:quinimò illa ſolutio mihi prodeſt:quia ſi ſoluiſti ei,à quo habeo in emphyteuſim , vel in feudū. facit vt res non incidat in commiſſum:nec perdam vtile do. propter ſolu.non factam:quia ſufficit ſuperiori à quocunq; facta fuerit.vt patet in l.lex vectigalis.j.de pig.ſed gl.hic dicit ꝙ ſi me ſciente & patiente ſoluiſti longo tempore,mihi præiudico. Gul. de cu. & alij doc.dicūt contra:quia ſimplex patientia cū ſcientia nō eſt cauſa perdendi dn̄ium ꝙ eſt magni præiudicij.facit ꝙ dixi ſ.eo. l.re tua.ſed in eo ꝙ eſt modici præiudicij bene noceret.ar.ſ.n.j.l. ſi filiusfa.& per Bar.in l.cū de in rem verſo.ff.de vſur.Sed opp. ꝙ pro æſtimo cōmunis præſumitur.vt infra de prædijs nauicu. l.fi.li.xij.So.verū eſt ꝙ ſi res mea eſt in æſtimo,non præſumitur tua quò ad tui præiudicium:& ad vtilitatem cōis.vt tenearis pro illa ſoluere.& etiam vt tm̄ valeat quantū eſt æſtimata.ſed non facit preiudicium mihi,vt per hoc perdam dominium.bene tamē facit præſumptionem quā præiudicat quouſque probē contra.
3 & vide per Ang.de peruſi.in l.decem ff.de verbo.obli.† Item vide ꝙ no.Bar.in l.rura.de omni agro deſer.li.xj.j.vbi dicit qđ ſi vnus ex pluribus fratribus:puta maior facit aliquas emptiones & inſtrumenta cantare in ſuā tantū perſonā,ſi tamen res emptæ fuerunt poſitæ ad æſtimum commune omnium,præſumuntur
4 cōes non ob.inſtrumentis prædictis.† Itē dicit Gul. hic notabiliter ꝙ ſi poſsides rē feudalē ad me pertinentem, & ſoluis ſuperiori,licet ego non petierim inueſtituras quādo oportuit petere quia dominus ſuperior ſit renouatus,non perdo propterea feudum:nec reuertitur ad dominum propter non petitam inueſtituram:quia alio poſsidente non tenebat rem petere per tex. notabilem vbi videtur quaſi caſus.ff.de cenſibus.l.forma.§.ſicut ego.& illud dictum Gul.& Bald.ſemper allegatur.

*1 ☞ Præſcriptio longiſſimi temporis interrumpitur per ſolam nuntij miſſionē:& perpetuatur ad triginta annos.*
*2 Quid in uſucapione rei mobilis?*
*Quid in præſcriptione longi temporis?*
*Quid in actionibus temporalibus,ut redhibitoria,& quanto minoris,& ſimilibus?*
*4 Si præſcribis contra me rem meam,& aliquis tertius moueat tibi litem,aſſerens rem eſſe ſuam:an interruptio facta per eum mihi proſit?*

## LEX. XXVI.

1 MOræ litis.† Præſcriptio lōgi tp̄is poſt li.cōteſt. nō corrit:ſed ꝑ eā interrūpiṫ.et ſic nō
b eſt neceſſe ſi nō ſequaṫ ſn̄ia,ſed perimaṫ inſtātia.& vt inchoeṫ noua præſcriptio:& erit neceſſariū lōgiſſimi xl.an.tp̄s:quia actio fuit perpetuata.vt in l.fi.de præſcri.xxx.an. & no.in l.cū notiſsimi in prin.eo.ti.per glo.facias ergo articulo tu reus & poſſeſſor ꝙ poſſediſti lōgo tēpore ante lit.cōteſt. alias tibi nō ꝓdeſſet poſſeſsio lōgo tēpore ſcđm Bar. Sic cōtra actor habet neceſſe ꝓbare ꝙ cā qua egit ante li.cōte.habuit ortū:alias nō ꝓbaret intētionē.i.ſi agerē ex ꝓmiſsione facta à parte:& probarē eā factam,ſed non probarē ꝙ añ li.cōte.vt no.ꝑ gl.in c.abbate.de re iudi.li.vj.Adde ꝙ li.cōte.trahitur retro ad diē dati libelli.vt no.per Cy.ſ.de a,ie.iudi.l.j.in ix.q.& ſic videtur neceſſariū ꝓbare ꝙ añ datū libellū cōcurrerat præſcriptio , vel interuenerat cā agendi.Et iſtud dictū Cy.videṫ ſatis hic ꝓbari dū dicit[in præteritū æſtimatur.] Vel vult dicere ꝙ ſi opponiṫ exce. præſcri.debet inſpici an tp̄s neceſſarium ad præſcribendum concurrit ante li.conteſt.& tunc poterit opponi. An partim ante,& partim poſt:& tunc ſecus:quia ſi tempus cucurrit poſt nō ꝓdeſt ad cōplēdum pręſcriptionem.quę iam erat annihilata & interrupta.et hoc vult dicere[morę litis.]i.tēpus quo lis durat & c.

nomina

…poſſeſſori & numeri pluralis nõ inſtruunt.i.non proſunt,vel non prodeſt ad inducendũ præſcr.lon.tem. Aliqñ verò tempus litis deducitur de præſcriptione:nõ aũt interrũpit præſcri.ſed ſuſpẽdit.vt ſ.de inoſ.teſt.l.contra maiores.& vide hoc quod no. Bar. in l.ij.§.fi.ff.pro emp.& l.fi.in princ. de eo per quem factum eſt:
1 vbi diſtinguit † ꝙ quædam eſt præſcriptio quæ currit mera negligentia non petentis.vt præſcri.long.temp.& illa interrumpitur per ſolam nuntij miſsionem.vt in l.ſicut. de præſcri. xxx.an. non tamẽ per hoc perpetuatur actio ad xl.an. ſed ſufficiũt xxx. ad nouam præſcr.vt no.gl.j.l.cum notiſsimi.e.ti.in prin.†Quædam eſt præſcri. quæ currit merè in fauorẽ præſcribentis. vt eſt
1 vſucapio [a] triennij in rebus mobilibus:& illa non interrumpitur etiam per lit.cõteſt.mero iure,ſed in effectu ſic : qa licet lite pendente compleatur vſucapio, tamen reus condẽnatur ad reſtitu. perinde ac ſi non fuiſſet completa.vt in l. ſi poſt acceptum. ff.e. ti. Quædam eſt præſcriptio quæ partim currit fauore præſcribentis,partim odio,vel negligentia non petentis: vt eſt præſcri. lon.temp.x.vel xx.ann.& in illa ſeruatur media via : quia interrumpitur per lit.conte.vt in hac l. & etiam actio perpetuatur ad xl.an.per miſsionem verò nuntij,vel per proteſtationem extraiudicialiter factam non interrumpitur.vt in l.pe.ff.pro emp. et il la diſtinctio colligitur ex l.edicto.circa fi.j.de edic.diui.adri.tol.
4 †Quædam eſt præſcriptio ſui natura currens : vt in act.temporalibus.vt eſt redhibitoria,quanto minoris,& ſimiles: & iſta interrumpitur etiam per ſolum libellum datũ principi.l.j.§.quãdo libellus principi datus ſit.& in d.l.fi. in prin.ff. de eo per quem fac.eſt.adde ꝙ eſt dare præſcr.conuentionalem. & illa interrumpitur per proteſtationem, vel petitionem extraiudicialem. vt in l.ſi mandato tit.ij.§.ille.ff.manda.In glo.ibi. [non nocet,cum ſit ciuilis interrup.]ſi ergo præſcribebas contra me rem meã.et qui dam tertius aſſerens eſſe ſuam mouit tibi litẽ & fuit eam contest. illa conte. non prodeſt mihi vt interrumpatur præſcri. quæ currebat contra me : ſed ſi te expellit de poſſeſsione : & ſic deſinas poſsidere:quia illa eſt interruptio naturalis , bene prodeſt mihi. vt in l.naturaliter.ff.de vſuca.

1 *☞ Dominiũ utile acquiritur feudatario, uel emphyteutæ ſine traditione corporali ipſius rei,ſi interuenit inueſtitura per annulum,uel biretum.*
3 *Quid in beneficio eccleſiaſtico?*
4 *Per ſtatutum uel conſuetudinem poteſt induci ut poſſeſsio acquiratur ſine apprehenſione corporali.*
*Iura incorporalia,an acquirantur ſine traditione?*

LEX XXVII.

SEruum.†Ex ſolo ti.habili ad tranſlationem dominij non transfertur dñium, ſi non interuenit traditio.h.d.Facit l.traditionibus ſ.de pac. intellige vera & ficta quia ſi vendo tibi rem, meam quæ eſt apud te:ſtatim transfertur dñiũ ſine traditione;quia fingitur tradita.vt in l.qua rõne.§.interdũ.ff.de acqui.re.do.aliqñ tñ non requirit̃ ex priuilegio emptoris.vt in eccleſia emẽte.vt ſ. de ſac.
1 ſan.ec.l.fi. † Itẽ prædicta in dñio directo:ſed dñium vtile vr̃ acquiri feudatario,vel emphyteutæ ſine traditiõe corporali ipſius rei ſi interuenit inueſtitura per annullũ,vel biretum quæ diuerſa eſt à traditione corporali ipſius rei qđ dic vt in c.j.de reg. iur. lib.vj.per Dy.Itẽ in beneficio eccleſiaſtico no.Bal.ſ.eo.l.quoties.
3 nõ tñ † videt̃ ꝙ ꝑ hoc acquiratur poſ.niſi apprehendat̃ l.cũ hæredes in prin.de acqui.poſ. Nam poteſt acquiri dñium ſine poſ. licet non ſine traditione regulariter.vt l.ſi fundũ.cũ ibi not.ff.de
4 fundo dotali.† per conſuetudinẽ tñ vel ſtatutũ poteſt induci vt poſſeſsio acquiratur ſine apprehenſione corporali.vt in c.ex lite ri.de conſue.& not.per Cyn.in l.ea lege j. de condi.ob cauſam. poſt princi. ,& etiam hoc eſt ſciendum ꝙ poſ. quæ erat apud defunctum per aditionem hæreditatis cenſeatur transferri in hęredi,& continuari quod tñ non eſt de iure cõi.vt in l.j.§.Scæuola. ff.ſi quis teſta.libe.eſſe iuſ.fuerit.Dico tñ ꝙ non erit eadem poſ. ſed diuerſa.cũ poſ. defuncti morte eius extinguat̃ : ſicut corpus & animus quæ ſunt inſtrumenta retinendę poſ.ſi ſtatutum operatur vt noua poſ.acquirat̃ hæredi ſine apprehenſione corporali quod regulariter nõ eſt.vt in l.iij.in prin.de acq.poſſ.ff. Quid autem in alijs iuribus incorporalibus,an acquirantur ſine tradi. dic ꝙ ius pig.vel hypothecæ bene acquirit̃.vt in l.j.ff.de pig.ſed ius ſeruitutis prædialis vel perſonalis non: imò requiritur ꝙ ille cui conceditur inducat in prædium vel fundum ſeruientem,& per hoc videbit̃ tradita ſeruitus : in qua tñ nõ cadit vera traditio ſicut in vera poſ.qua ſi traditio quæ fit modo prædicto. vt l.iij.§. dare.ff.de vſufru.

a ¶ Vt eſt vſucapio. An omnis ꝑſcriptiõ ſit vſucapio. vide ꝑ Bal. in conquerente. in ij.col. de offi. ordi.

b ¶ Quatuor ſunt ſeruitutes. Adde l.ſi qs. ff.de vſufruc. & in l. j.C.de ſeruitu.

2 *☞ Reus poteſt opponere agenti de iure tertij,quando illud eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure.*
3 *Quid ſi non ipſo iure:ſed per ſententiam eſt excluſiuum iuris agẽtis:et quid ſi nõ erat excluſiuũ,ſed diminutiuũ?*
4 *Actor metitur ius agendi ex perſona ſua:& ex iure ſuo:& non ex iure rei.*

LEX XXVIII

1 RES alienas.†Si actor non probat dñium , reus abſoluitur ſi nullum ius habeat in re.h.d.ſ.eo iure quo poſſeſſores ſunt melioris cõdi. eo ipſo ꝙ poſsideant , quàm actor qui non poſsidet.vt l.
2 vti frui.§.ſi fortè.ff.ſi vſufru.pe.† Et alle.iſta l.duobus mod. primo ꝙ reus põt opponere agenti de iure tertij, qñ illud eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure:ſi enim actor non eſt dñs rei quàm petit,ſed quidam tertius:licet reus nullũ ius habeat:ius illius tertij excludit agentem ipſo iure,& in hac actione requirit̃ dñium ex parte agentis & poſ.vel detentatio ex parte conuenti. Quid autem ſi non ipſo iure:ſed per ſententiam vel excep. ſit excluſiuum iuris agentis?Rñ.nõ poteſt de illo opponi per ea quæ not. in l.his conſequenter.in prin.ff.fa.er.per gl.& in l.ij.ſi ager vecti
3 galis.in parua gloſſella.† Item quid ſi non erat excluſiuũ:ſed diminutiuũ iuris agentis:vt ſi ago contra te rei vendi. directa. Tu opponis mihi ꝙ quidam tertius habet in iſta re vtile dñium ſibi à me conceſſum:quia eſt emphyteuta,feudatarius , vel ſuperficiarius,vel habens ſeruitutẽ vſufru.et ſi ille poſsideret nõ poſſet ab eo aduocare:qa in iure vtili eſt ipſe potior me: imò poſſet ipſe à me aduocare.vt in l.j.§.qui in perpetuum.ff. ſi ager vec. vñ ſicut non poſſem ab eo aduocare:ita nec à te : quia non pertinet ad me te moleſtare:ſed ad illum:quid iuris? Dic vt ſingulariter no.per glo.& Bar.in l.indebiti.§.ſed ſi nummi.ff.de condi.inde. & vide quod idem Bar.no.in l.ij ff.de excep.rei iudi. & per Cy.
4 in l.cũ ſeruum.j.de ſer.fugi.Allegatur etiã iſta l. † ꝙ actor metit̃ ius agendi ex perſona ſua,& ex iure ſuo: nõ aũt ex non iure rei. Sic ff.ſi pars hæredi.peta.l.j.poſt prin. Quidam in iure excipiendi.dic vt in l.militis.§.Neratius.ff.de teſt.mil. & l. qui ex liberis. §.teſtamento.ff.de ſecũ.tab.& vide Inno.in c.cũ Bertoldus.ante fi.de re iudi.vbi dicit idem in beneficialibus:quod hic dicitur in rebus prophanis ecce caſum.

## *De uſufructu & habitatione & miniſterio ſeruorũ. Ru.*

1 *☞ Ad uſurarium non pertinent omnes fructus , uel reditus : ſed quantum ſufficit ad uſum,& ad ſuſtẽtationẽ ipſius,& ſuæ familiæ:nec ad ipſum pertinet colere fundũ: & quid poſsit facere?*
3 *Habitatio in quo differat ab uſufructu:& uſu?*
*Miniſterium ſeruorum debetur in ſeruis tanquam in rebus.*

1 †No.ex iſta rub.ꝙ quatuor ſunt ſeruitutes [b] perſonales quę
b debentur à re perſonæ ſcilicet vſuſfr. vſus habitatio & miniſterium ſeruorum ad vſufructuariũ pertinent omnes fructus: omnes reditus,& omnes commoditates rei : quæ ſunt inter ſe diuerſa.vt in l.v.& vj.ff.eo.ti.& ad ipſum pertinet colere fundũ & de manu ſua fructus percipere. vt in l. fundi trebatiani.ff. de vſufr.
2 lega.† Ad vſurarium verò non pertinent oẽs fructus, vel redditus:ſed quantum ſufficit ad vſum & ſuſtentationẽ ipſius,& ſuę familiæ.vt ff.de vſu & ha.l.plenũ in prin.& §.j.nec ad ipſum pertinet colere fundũ:ſed ad proprietariũ;poteſt tamen ad fundum accedere pro libito voluntatis:& aliqua facere quę habentur ibi
3 dẽ.† Habitatio eſt ſeruitus diuerſa ab vſufructu & vſu. & habet diuerſam naturã.vt j.eo.l.cum antiquitas.& non debetur niſi in domo ſed præcedentes tam in domo quã in agro. Miniſterium ſeruorũ debetur in ſeruis tanquã in rebus : non enim tanquã in perſonis eſt dare quoddam ius perſonale:quod non eſt ſeruitus noĩata:ſed innoĩata de quo in l.pecoris.ff.de ſer.ruſt.prædi.& in l.vt pomũ.de ſerui.ti.generali.de quo etiam per Bar.in l.iiij.§.fi. ff.de alimentis & ciba.leg.& not.hic gl.rub.ꝙ ſicut in rebus corporalibus eſt reperire dominium,ita in ſeruitute & iur.incorporalibus:nam poſſum me appellare dñm iſtius iuris ſeruitutis. vt ff.ſi vſuſfr.peta.l.vſumfru.& l.in venditione.de bo. aut. iud poſ. ſecundùm Gul.de cug.no.